2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

HESPERIA
LIBROS HISPANICOS
ZARAGOZA
ESPAÑA

2011 Ministerio de Cultura

SC-D-3_4

MINISTERIO DE CULTURA
MUSEO SEFARDI
TOLEDO

R. 14473

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

JOHANNIS BUXTORFI FIL.
SS. Theol. & Ling. Hebr. Prof.

DISSERTATIO

DE SPONSALIBUS ET DIVORTIIS.

Cui accessit

ISAACI ABARBENELIS DIATRIBA

De EXCIDII *Pœna, cujus frequens in Lege, & in hac ipsa materia fit mentio.*

03832

BASILEÆ,
Sumptibus Hæred. LUDOVICI REGIS.

M. DC. LII.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

LECTORI S.

EXHIBEO Tibi, Lector benevole, Dissertationem de Sponsalibus & Divortiis. Eam ita pertracto, ut *primò* & ante omnia Hebræorum Veterum & Recentium de utroque Argumento doctrinam & ritus præcipuos accuratiùs & pleniùs explicem & proponam, quàm ab aliis hactenus factum viderim, qui de hac re scripserunt. Inprimis verò id mihi curæ fuit, ut illorum circa explicandas Leges Divinas, & varia alia Scripturæ loca, huc spectantia, sententias & interpretationes ex ipsorummet libris producerem; non quòd illas omnes ubique vel ipse approbem, vel aliis obtrusas velim, sed ut in notitiam saltem publicam veniant, & quivis pro sua prudentia & judicio iis uti queat. Nam cùm in nonnullis ne nostri quidem Scriptores ubique consentiant, solent quandoque curiosiores etiam desiderare Hebræorum de illis sententias, quas verò inquirere non est cujusvis. *Secundo* loco, post propositam Hebræorum de Divortiis doctrinam, progredior ad Christum & Mosen conciliandos, quos hîc sibi invicem adversos nonnulli falsò sibi persuadent, ostendens, Christum nequaquam in Mose refellendo, sed rectè exponendo, atque à Pharisaicis glosis & παρερμηνείαις vindicando, occupari, quâ occasione, totum illud Christi & Pharisæorum colloquium, quod Evangelistę referunt, pleniùs explicatur. Simul etiam hîc Hebræorum Argumenta, quæ pro Divortiorum licentia in medium

2011 Ministerio de Cultura

proferunt contra Chriſtianos, ex Abarbenele, celebri inter Hebræos Scriptore, adduco, & pro virili refuto. *Tertiò*, quid de ea Dimiſsione ſentiendum videatur, quam, teſte Matthæo Evangeliſta, Joſephus, Divini adhuc cõſilii & operis ignarus, moliebatur, cùm Mariam ſponſam ſuam gravidam cognoſceret, explico. Quæ poſtrema quæſtio ab Amico, qui verò nunc ἐν ἁγίοις, mihi propoſita, toti huic prolixiori Diſſertationi cauſam & occaſionem dedit, cujus tamen minimam nunc partem occupat, atque ita, quod ſæpè fieri amat, עיקר נעשה טפל וטפל נעשה עיקר principale factum eſt acceſſoriũ, & acceſſorium principale. Appendicis & auctarii loco addidi modò laudati Abarbenelis Diatribã de *Excidii* pœna, cujus in Legibus de Sponſalibus aliquoties fit mentio, ut inde variæ de eo Hebræorum ſententiæ, quas collegit, velut in compendio, cognoſcantur. Adjunxi huic Diſſertatiunculæ Textum Hebræum, quò Rabbiniſmi ſtudioſi ſimul exercitium aliquod in Rabbinica lectione ſe exercendi haberẽt. In his omnibus ſi aliquid ſit, quod te vel juvet, vel delectet, eſt quod mihi gratuler, & Divinæ gratiæ adſcribam: ſi non, conatum ſaltem & benè de te merendi volũtatem lauda. Aliud fortaſſe hoc tempore exſpectaſti, Lector amice, ſub meo nomine, *Veritatis* nimirũ *Hebraicae Vindicias*, adverſus novam & famoſam illam Criticam Sacram, ſubjunctamq; illi contra me impotentis Critici virulentam & amarulentam *Defenſionem*, quas inſtanter mei & Veritatis Hebraicæ amantes quique à me efflagitant, & urgent. Eas ergo, Deo faciente, & vitam atq; valetudinem benignè largiente, proximè jam Te ſperare jubeo. In iis perficiendis & edendis dum ego occupor, Tu his præſentibus gratus utere, & ſtudiis atque conatibus meis porrò fave. Vale.

2011 Ministerio de Cultura

JOHANNIS BUXTORFI

DISSERTATIO
DE SPONSALIBUS ET DIVORTIIS.

1.

ILluſtris eſt materia, de SPONSALIBUS ET DIVORTIIS, ut quæ non in Theoriâ, & nuda privataque mentis noſtræ ſpeculatione cõtinetur, ſed cujus uſus in publica Vitæ humanæ Praxi, apud omnes gentes, in Eccleſiis, in Foris, in Familiis quotidiè conſpicitur; diverſis quamvis, imò contrariis, & affectibus & effectibus. *Illa* enim Amoris & amicitiæ ſunt ſymbola, *hæc* Odii & inimicitiæ effecta: *Illa* Ordinationis Divinæ, naturæ humanæ quaſi implantatæ & Verbo mandatæ, ſunt documenta; *hæc* Ἀλαξίας naturæ noſtræ corruptæ argumenta: *Illa* Generationis, naturæ rerum conſervatricis, & propagatricis, illuſtre ſpeculum; *hæc* Corruptionis, naturæ deſtructricis, triſte & tragicum ſpectaculum: ambo conjunctim, circa unum & idem Objectum, CONJUGIUM videlicet, occupata, mutabilitatis & inconſtantiæ humanæ in hoc mundo exemplum.

2.

Quemadmodum verò argumentum eſt illuſtre, ita

2011 Ministerio de Cultura

etiam Virorum sanè ingenio, eruditione, & pietate eximiorum, Variis doctissimisq; lucubrationibus hactenus est illustratum; ita tamen, ut nec illi semper & ubique sint concordes, & הוֹלְכִים צְמִדִים h. e. *conjugi incedant*, (ex 2. Reg. 2. 25.) sed, in materia præsertim de DIVORTIIS, in varia quoque sententiarum Divortia secedant. Causa, quòd MOSES & CHRISTUS hîc multis quoque dissentire, & contraria docere videantur, unde & diversæ illos seu exponendi, seu conciliandi, rationes excogitatæ & inventæ.

3.

Nobis verò non est propositum ex professo Locum istum hîc tractare, & omnia, quæ de eo dici aut scribi possent, ex auctoribus variis convectare; multò minùs aliorum sententias superciliosè examinare, vellicare, aut confutare: sed Hebræorum duntaxat Doctrinam, Jura, Ritus, non quidem omnes, sed quantum ex illis ad nostrum scopum utile & necessarium videbitur, ex ipsorũ scriptis eruere & producere; dehinc, Num istarum rerum cognitio aliquid ad Verbi Dei, & Locorum aliquot Scripturæ uberiorem & pleniorem illustrationem facere possit; dispicere. Ad quem usum omnis nostra *Linguarum cognitio* spectare debet; utpote quæ, ex doctrina Apostoli, *sine propheria*, h. e. scripturarum explicatione, per quam solam Ecclesia ædificatur, *nihil prodest*, 1. Cor. 14.

4.

Et hinc quoque Occasio Dissertationis hujus nata & data. Nam cùm ab Amico mihi ista quæstio proposita esset; *Quâ formâ, quove jure Josephus Mariam desponsatam suam clàm dimittere voluerit?* & in eam inquirerem, vidi ad eam ritè decidendam, haud parum lucis fortas-

2011 Ministerio de Cultura

fortaſſis allaturam Hebræorum, tùm de *Sponſis & Sponſalibus*, tùm *de Divortiorum ratione* doctrinam, eamque mihi prius excutiendam, quàm ſolidè de illa reſpondere poſſem. Id dum facere aggredior, & varia ſe mihi offerunt, de his ſcitu nec injucunda, nec inutilia, & ad aliorum quoque Scripturæ locorum illuſtrationem facientia; animum ſimul ſubiit illud vulgare Hebræorum, גְּבִיל לְתוֹרָא גְּבִיל לְתוֹרֵי *Dum pabulum miſces pro bove uno; miſcere potes pro pluribus*: Item iſtud, נֵר לְאֶחָד נֵר לְמֵאָה *Lux uni, lux pluribus*; ac proinde rem ſtudioſis Lectoribus nec ingratam, nec infructuoſam, me facturum ſum arbitratus, ſi paulò latiùs me in hoc Argumento extenderem, & eodem labore pluribus illuſtrandis operam navarem.

§.

Ad hunc ſcopum commodè aſſequendum, & diſtinctè quoque Lectori proponendum, viſum mihi eſt præſentem Diſſertationem in Tres ſequentes partes diſtinguere;

I. *Quænam ſit Hebræorum, tùm de* SPONSALIBUS, *tùm de* DIVORTIIS *doctrina?*

II. *Num* MOSES *&* CHRISTUS *circa* DIVORTIORUM *doctrinam ſibi invicem ſint contrarii, & quâ ratione conciliari poſſint?*

III. *Quâ formâ, quove jure Joſephus (Sponſus) Mariam deſponſatam ſuam nõ* δειγματίσαι, *ſed* λάθρᾳ ἀπολῦσαι, *clàm dimittere, voluerit?*

Prima pars habebit rationem fundamenti & Doctrinæ, cujus Uſus in duabus partibus poſterioribus oſtendetur. Faxit Deus, ut ad Uſum id quoque publicum; Gloriæ ſc. Ipſius illuſtrandæ, Eccleſiæque ædificandæ; à nobis fiat.

2011 Ministerio de Cultura

PARS I.

Quænam ergo sit Hebræorum, tùm de Sponsalibus, tùm de Divortiis doctrina, jura, ritus? distinctè videbimus, non omnia indifferenter corruspando, sed præcipua, & quæ nobis usui esse possunt, seligendo, & quidem primò

DE SPONSALIBUS.

De *Sponsalibus*, seu *Desponsatione* videntur præcipua scitu digna, ad sequentia capita revocari posse; 1. *Desponsationis* vel *Desponsandi Nomina*, & Ὀνομαλογίαν. 2. *Ejusdem, secundum Hebræos, Originem & Authorem.* 3. *Personas ad sponsalia contrahenda aptas & idoneas.* 4. *Desponsandi formam & modum.* 5. *Finem*, & 6. *denique Consequentias.*

ONOMATOLOGIA.

6.

1. Ad Ὀνομαλογίαν quod attinet;

In SACRO quidem CONTEXTU Biblico duo Desponsandi verba extant:

α יָעַד, quod Generalius videtur. Habet n. primò significationem generalem, *Futurum aliquid, vel Locum, vel Tempus, vel aliam rem & circumstantiam, Condicendi, Indicendi, Paciscendi, Determinandi, Designandi, Promittendi*: unde & absolutè apud Rabbinos pro *Promittere, Polliceri*, usurpatur. Inde synecdochicè Exod. 21. v. 8. sumitur pro, *Designare, Determinare, Paciscì, Despondere uxorem*, אֲשֶׁר לֹא יְעָדָהּ *Qui non constituit eam sibi*, sc. in uxorem, h. e. *Spopondit, Despondit, Desponsavit.*

β אָרַשׂ, vel in Pihel אֵרֵשׂ. Hoc speciale & proprium hujus rei est verbum, quod in Bibliis, hac significatione tantùm usurpatur,

2011 Ministerio de Cultura

ſurpatur, ut videre eſt ex inductione locorum, Exod. 22. v. 15. Deuteronom. 20. 7. & 22. v. 23. 25. 27. 28. & 28. v. 30. 2. Sam. 3. 14. Hoſ. 2. v. 19. 20.

Apud RABBINOS tria occurrunt ſequentia;

1. Iterùm verbum אָרַס ſed per ס, non per שׂ, ut in Bibliis ſcriptum.

2. Frequentiſsimè קִדֵּשׁ *Sanctificare*, *Conſecrare*: quia mulier Deſponſata, viro ſuo ſoli eſt Conſecrata, & omnibus aliis, veluti הֶקְדֵּשׁ *Res ſancta*, prohibita: vel, quia Deſponſatio legitima fit בְּקִדּוּשׁ cũ Conſecratione, uti infrà videbimus. Hinc אֵירוּסִין, קִדּוּשִׁין *Sponſalia*: מְקֻדֶּשֶׁת, מְאוֹרֶסֶת; אֲרוּסָה Deſponſata. Hæc duo verba קִדֵּשׁ & אֵרֵשׁ eadem eſſe videntur, & promiſcuè apud Rabbinos uſurpari; קִדֵּשׁ tamen communiùs & frequentius uſurpatur de ſolemni actu Deſponſationis, qui fit conceptis verbis, & datâ arrhâ, in præſentia teſtium: Partes deſponſatæ poſt hanc קִדּוּשׁ, ſeu poſt hunc actum, dicuntur deinde communiter אָרוֹס, & אֲרוּסָה *Sponſus & Sponſa*. Sponſa quidem etiam dicitur מְקֻדֶּשֶׁת ſed Sponſus nunquam quod ſciam dicitur מְקֻדָּשׁ.

3. שִׁדּוּךְ, de cujus Verbi ſignificato mox fuſiùs dicetur. Atque hæc breviter de Nominibus Hebraicis.

Quoad Rem ipſam; Deſponſatio nihil aliud eſt, quàm duarum perſonarum, Viri & Fæminæ, de futuris Nuptiis, conſenſus & repromiſsio, certis legibus & ritibus limitata, & perficienda; idque tum honeſtatis conſervandæ, tum confuſionis inter homines vitandæ causâ.

ORIGO SPONSALIUM.

7.

2. *ORIGINEM* ejus referunt Hebræi ad *Moſen*, vel potiùs ad *Deum* ipſum, per Moſen ſervum ſuum, de Re hac Legem populo ſuo dantem. Nam ante Legem latam, ſcribunt, ſine ullo ordine, ſine ulla diſciplina, homines promiſcuè, & pro lubitu conjugia inchoaſſe ſimul & conſummaſſe: licentiam verò & confuſionem iſtam deinceps per Legem à Deo fuiſſe coercitam, & in certos cãcellos redactam. Majemonides in הלכות אישות cap. 1. §. 1. קוֹדֶם מַתַּן תּוֹרָה הָיָה אָדָם פּוֹגֵעַ אִשָּׁה בְּשׁוּק אִם רָצָה הוּא וְהִיא לְאִשָּׁה

2011 Ministerio de Cultura

אוֹתָהּ מַכְנִיסָהּ לְתוֹךְ בֵּיתוֹ וּבוֹעֲלָהּ בֵּינוֹ לְבֵין עַצְמוֹ וְתִהְיֶה לוֹ לְאִשָּׁה׃
Ante datam Legem, si Vir occurrit Mulieri in platea, & ambo de ineundo conjugio consenserint, introducebat eam Vir solus ac privatim in domum suum, ipsi cohabitabat, & sic fuit ei in Uxorem. Post Legem verò constitutum fuisse ajunt, ut, uxorem ducturus, primò eam coram testibus sibi certis conditionibus acquirat, & postea demùm Uxor ejus fiat. Majem. ibidem: כֵּיוָן שֶׁנִּתְּנָה תּוֹרָה נִצְטַוּוּ יִשְׂרָאֵל שֶׁאִם יִרְצֶה הָאִישׁ לִישָּׂא אִשָּׁה יִקְנֶה אוֹתָהּ תְּחִלָּה בִּפְנֵי עֵדִים וְאַחַר כָּךְ תִּהְיֶה לוֹ לְאִשָּׁה׃ שֶׁנֶּאֱמַר כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבָא אֵלֶיהָ
Posteaquam verò Lex data est, jussi sunt Israëlitæ, ut uxorem ducturus, primò eam acquirat & comparet coram testibus, posteaq; demùm ei sit in uxorem.

8.

Præceptum autem Divinum de Comparanda & Desponsanda ante nuptias Uxore, communiter contineri volunt in verbis Mosis Deut. 22.13. vel Deut. 24.1. ubi legitur: כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבָא אֵלֶיהָ vel וּבְעָלָהּ *Cùm* acceperit *vir mulierem, & ingressus fuerit ad eam, &c.* Hîc enim volunt Verbum לָקַח *Accipere*, habere significationem *Emendi, Comparandi, pro pecunia*, ut Gen. 23.13. 2. Sam. 4.6. & alibi, unde & מֶקַח *Emptio*, apud Rabbinos; ac propterea indicari, antequam quis uxorem ducat, & rem cum ea habeat, priùs eam esse *accipiendam*, h. e. *emendam quasi & comparandam certo pretio seu dote*, & postea demùm domum traducendam, eique cohabitandum. Sic scribit Ramban: בְּלִקּוּחֵי הַתּוֹרָה כַּאֲשֶׁר יִקַּח הָאִישׁ אִשָּׁה שֶׁהֵם הַקִּדּוּשִׁין בְּכֶסֶף וְהִיא הַמְאוֹרָסָה אֲשֶׁר יִזְכֶּה Cùm acceperit vir mulierem; *sc. Acceptionibus Legis, quæ sunt Sponsalia seu Desponsatio pro pecunia: hacq; mulier est Desponsata, cujus meminit.* Sic R. Levi ben Gerson: כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה ר"ל שֶׁקָּנָה אוֹתָהּ לוֹ לְאִשָּׁה בְּאֶחָד מִמִּינֵי הַקִּנְיָה Cùm acceperit vir mulierem; *sc. si comparavit sibi uxorem specie aliquâ emptionis* (pecuniâ sc. vel Literis, ut infrà videbitur). Hinc scribitur etiam in ספר החנוך fol. 205. col. 2. מִשָּׁרְשֵׁי הַמִּצְוָה שֶׁהִתְצַוָּנוּ הַתּוֹרָה לַעֲשׂוֹת מַעֲשֶׂה בְּאִשָּׁה יוֹרֶה עִנְיַן זִוּוּגָם טֶרֶם יִשְׁכַּב עִמָּהּ וְלֹא יָבוֹא אֵלֶיהָ כְּבָא עַל הַזּוֹנָה מִבְּלִי מַעֲשֶׂה אַחֵר קוֹדֵם בֵּינֵיהֶם h. e. *Ex fundamentis præcepti hujus est*, (innuit locum Deut. 22.13.) *quòd Lex præcipit, facere actionem aliquam cum muliere, quæ de Conjugio ipsorum doceat, antequam cum ea quis concumbat, ne ad eam accedat, ac si accederet ad scortum, sine ulla præcedanea inter ipsos*

2011 Ministerio de Cultura

ser ipsos actione. Et pro Transgressore Præcepti hujus habetur, quicunque Uxorem ducit sine præcedente Desponsatione. Ibidem fol. 206. 1.

9.

Ita, ut dictum, fundamentum hujus Rei communiter ponunt Hebræi in alterutro duorum adductorum locorum. Don Isaac Abarbenel tamen existimat, hîc non primò datum esse hoc præceptum, sed duntaxat repetitum, renovatum, & clariùs pleniusq; expositum. Hinc scribit in Commentar. suis ad Deuteron. 24. 1. הִנֵּה מִצְוַת הַקִּדּוּשִׁין אֵינָהּ מְחוּדֶשֶׁת בַּמָּקוֹם הַזֶּה כְּמוֹ שֶׁחָשַׁב הָרַמְּבַ"ן כִּי הִנֵּה כְּבָר נֶאֱמְרָה בְּפָרָשַׁת מִשְׁפָּטִים אֲשֶׁר לֹא יֵעָדֶה וְאִם לִבְנוֹ יְיַעֲדֶנָּה : וְאֹזֶל בְּפֶרֶק קַמָּא דְּקִדּוּשִׁין שֶׁהַמְכִירָהּ תִּהְיֶה בְּכֶסֶף אוֹ בְּשֶׁטַר וְשִׁמְּצוּ עֲשֵׂה הִיא לְיַעֲדָהּ אוֹ לְבִנּוֹ h. e. *Et ecce præceptum de Sponsalibus non de novo est datum in hoc loco, quemadmodum existimavit R. Moses bar Nachman. Jam enim mentio ejus facta est in Parascha* כ שפטים *Exod.* 21. 7. 8. Quum vendiderit quispiam filiam suam, in ancillam, non egredietur quemadmodum egredi solent servi: Si displicuerit hero suo, & *noluerit desponsare eam*, redimere faciet eam, &c. *Item vers. seq.* Quod *si filio suo desponderit eam*, secundum morem filiarum faciet ei. *Ad quem locum Rabbini nostri scribunt in capite primo Tractatus Talmudici* קדושין, *quòd venditio ista debeat fieri vel pro pecunia, vel Literis, & quòd Præceptum affirmativum sit desponsare eam sibi, vel filio suo. Sic in verbis ibi seqq. modum & formam desponsandi quoque ex eodem loco probant.* Unde concludit Abarbenel, כִּי בָּאָה שָׁמָּה מִצְוַת הַקִּדּוּשִׁין וְהַנִּשּׂוּאִין בְּקוֹצֶר *quòd in illo loco jam habeatur præceptum De sponsalibus & Nuptiis compendiosè.* Quod verò Rabbini non fecerint עִקָּר *præcipuum fundamentum* ex loco Exodi, sed ex Deuteron. 24. v. 1. id inde factum esse, לְפִי שֶׁהַמְצוָה מֻצָּאוּ אוֹתָהּ כְּלָה בְּכָאן מְקוּשֶׁרֶת וְנִדְרֶשֶׁת לְעַצְמָהּ : וּבָאוּ כָּאן כָּל הַתְּנָאִים לְדַעְתָּם זוֹל מָה שֶׁלֹּא בָּאוּ כֵּן בְּפָרָשַׁת מִשְׁפָּטִים כִּי אִם קְצָתָם בְּאָמָּה עִבְרִיָּה וְקְצָתָם בְּמְפוּתָּה : וְלָכֵן בָּחֲרוּ לִלְמוֹד מִכָּאן שֶׁהִתְבָּאֲרוּ הַדְּבָרִים שֶׁהָאִשָּׁה נִקְנֵית בָּהֶם וְשֶׁהָאִישׁ קוֹנֶה בָּהֶם אֶת הָאִשָּׁה בְּשְׁלֵמוּתָם : לֹא שֶׁיִּשְׁלְלוּ בְּיַאַת הַמְצוָה שָׁמָּה בְּדֶרֶךְ קְצָרָה *quòd Præceptum istud invenerint hîc* (Deut. 24. 1.) *totum conjunctim & ex professo expositum, quodq; hîc, ex ipsorum sententia, omnes requisitæ conditiones contineantur, id quod non eâ ratione factum Exod. cap. 21. sed quadam duntaxat de ancilla Hebraica, & de Puella seducta.*

Hac

2011 Ministerio de Cultura

Hac de causa maluerunt hinc (ex Deuter.) *istud discere, ubi videlicet expositæ sunt omnes res, quibus mulier acquiri potest, & quibus Vir perfectè mulierem acquirit; non verò quòd negarint, breviter quoque in Exodo idem præceptum occurrere.* Hæc ille.

10.

Quicquid sit; in Lege, & post Legem demùm, hujus Ritus in Sacris fit mentio, Exod. 22. 16. *Cùm seduxerit quis Virginem, quæ non est* desponsata. Deut. 20. 7. *Quis est vir, qui* despondit *mulierem, & non accipit eam?* Deut. 22. 23. *Quùm fuerit puella* desponsata *viro, &c.* Honestam verò & optimam esse Legem infrà in Causis finalibus visuri sumus.

PERSONÆ.

11.

Circa PERSONAS, nulla apud Hebræos est quæstio vel disceptatio, Utrum omnibus & singulis, vel cuivis hominum generi atque ordini, liceat sponsalia contrahere, & ad nuptias convolare? Neminem enim illi ab hac libertate excludunt, qui modò per naturam & ætatem est aptus, cujuscunque sit ordinis atque conditionis. Imò contrà, Lege & Præcepto Dei id omnibus indiscriminatim injunctum esse volunt Genes. 1. 28. פְּרוּ וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת הָאָרֶץ *Fœtificate & multiplicate vos*: & quò maturiùs ac citiùs quis id facit, eò meliùs eum facere judicant. Nulla apud eos Cœlibatus & Virginitatis leguntur vota, nulla encomia, nulla illi adscripta merita, nulla proposita præmia: sed Matrimonio: Nullum hîc illi agnoscunt discrimen inter Personas Sacras & Politicas, sed illas æquè ac has non solùm esse idoneas, sed & de hoc præcepto teneri. Quod si verò quis propter Legis Dei studium, ut à curis multis corporalibus immunis, tantò liberiùs & expeditiùs ei vacare queat, velit, & simul per continentiæ donum possit, cælibem vitam ad tempus agere, is potest id facere sine peccato, sed liberè, & hac Lege, ut si concupiscentiæ stimulis urgeri se sentiat, non tantùm possit, sed & debeat ad sponsalia progredi, & nuptiarum remedio uti. Hinc scribitur in שלחן ערוך parte 4. Num. 1. §. 1. חַיָּיב כׇּל אָדָם לִישָּׂא אִשָּׁה כְּדֵי לִפְרוֹת וְלִרְבּוֹת וְכׇל מִי שֶׁאֵינוֹ עוֹסֵק בְּפְרִיָּה וּרְבִיָּה כְּאִילוּ שׁוֹפֵךְ דָּמִים *Omnis homo tenetur de ducenda uxore, ut fœtificet, & multiplicet: & quicunq; hoc non*

2011 Ministerio de Cultura

non observat, perinde facit, ac si effunderet sanguinem: §. 3. מִצְוָה
עַל כָּל אָדָם שֶׁיִּשָּׂא בֶּן י"ח וְהַמְקֻדִּים לִישָׂא בֶּן י"ג מִצְוָה מִן הַמּוּבְחָר
אֲבָל קוֹדֶם י"ג לֹא יִשָּׂא: וּבְשׁוֹם עִנְיָן לֹא יַעֲבוֹר מִכ' שָׁנָה בְּלֹא אִשָּׁה
וּמִי שֶׁעָבְרוּ עָלָיו כ' שָׁנָה וְאֵינוֹ רוֹצֶה לִישָׂא בֵּית דִּין כּוֹפִין אוֹתוֹ לִישָׂא
כְּדֵי לְקַיֵּם מִצְוָה *Præceptum est cuivis homini, Ducere uxorem, qui est* 18. *annorum: quod si verò quis hoc tempus antevertat, &* 13. *anno ducat, is longè præstantiùs facit, sed ante* 13. *annum non licet. Nullo autem prorsus modo excedet vigesimum annum sine uxore: quod si autem quis id fecerit, nec ducere uxorem velit, domus judicii eum cogit, ut huic præcepto satisfaciat, &c.* וּמִיהוּ אִם עוֹסֵק בְּתוֹרָה וְטָרוּד בָּהּ וְהָיָה מִתְיָרֵא
לִישָׂא אִשָּׁה כְּדֵי שֶׁלֹּא יִטָּרַח בְּמָזוֹנוֹת וְיִתְבַּטֵּל מִן הַתּוֹרָה מוּתָּר לְהִתְאַחֵר
Nihilominus, si operam dederit legi, & assiduè in ea occupetur, metuatq; ducere uxorem, ne in alimentis comparandis laborare cogatur, & sic à studio legis avocetur, is potest diutiùs exspectare: מִי שֶׁחֲשָׁקָה נַפְשׁוֹ בְּתוֹרָה
תָּמִיד וְשׁוֹנֶה בָּהּ כְּבֶן עַזַּאי וְדָבֵק בָּהּ כָּל יָמָיו וְלֹא נָשָׂא אִשָּׁה אֵין בְּיָדוֹ
עָוֹן וְהוּא שֶׁלֹּא יְהֵא יִצְרוֹ מִתְגַּבֵּר עָלָיו: אֲבָל אִם הָיָה יִצְרוֹ מִתְגַּבֵּר
עָלָיו חַיָּב לִישָׂא אִשָּׁה וַאֲפִילוּ הָיוּ לוֹ בָּנִים שֶׁמָּא יָבוֹא לִידֵי הִרְהוּר
Cujus animus jugiter delectatur versari in Lege, & in ea studere, ut Ben Assai, eiq; omnibus diebus suis adhærere, atque ea propter non ducit uxorem, in ejus manu nulla est iniquitas; puta, si concupiscentia ipsius non prævaleat ei (h. e. si se continere possit) *sed, si prævaleat, obstrictus est ut ducat uxorem, etiam si jam liberos habeat, idq; ne incidat in pravas cogitationes:* (Non dissimile hoc est ei, quod Paulus scribit 1. ad Cor. 7. v. 8. 9.)

12.

Hoc verò potissimùm hîc attenditur, Inter quas Personas Sponsalia fieri possint vel non possint, vel saltem certis conditionibus? Et hîc plurimos Hebræi ponunt casus, quos verò non omnes, sed præcipuos tantùm, persequemur, & quidem de Personis prohibitis.

13.

Primò igitur, *Personæ* quædam sunt, cum quibus Sponsalia contrahere prohibitum est, ob vel *Cognationis*, vel *Affinitatis* vinculum & propinquitatem. Et earum quidem aliæ, prohibitæ sunt *Lege Dei*, quæ apud Hebræos vocantur עֶרְיוֹת, quasi Incestuosas dicas,

2011 Ministerio de Cultura

& unaquæque earum עֶרְוָה : aliæ verò מִפִּי סוֹפְרִים *Ex institutо Scribarum*, quæ collectivè vocantur שְׁנִיּוֹת *Secundariæ*: & singulariter unaquæq; שְׁנִיָּה *Secundaria, Secundario-prohibita.*

14.

Prioris generis, quæ sc. Lege Dei ipsâ sunt, Consanguinitatis vel Affinitatis ratione, prohibitæ, Levitici cap.18. numerantur quindecim.

15.

I. אֵם *Mater*, versu 7. עֶרְוַת אָבִיךָ וְעֶרְוַת אִמְּךָ לֹא תְגַלֶּה אִמְּךָ הִיא לֹא תְגַלֶּה עֶרְוָתָהּ *Nuditatem patris tui, & nuditatem matris tuæ non reteges: mater tua est, non reteges nuditatem ejus.* Quibus verbis, quamvis Patris & Matris fiat mentio, propriè tamen & literaliter, unum duntaxat præceptum contineri volunt plerique, de non retegenda nuditate Matris. Quòd Patris etiam mentio fiat, ideò fieri, quòd Nuditas Matris, sit Nuditas Patris ejus, & ignominia ipsius, unde in fine versus, & cap.20. v.11. nuditatis Matris tantùm fit mentio. Et dicunt, אֵין אֲזָהֳרוֹת אֶלָּא בִּנְקֵבוֹת *nullas hîc fieri prohibitiones, nisi de fœminis*: quin & vocem עֶרְוָה propriè dici de Nuditate fœminarum. Et sic quoq; explicant, quod v.14. dicitur; עֶרְוַת אֲחִי אָבִיךָ לֹא תְגַלֶּה *Nuditatem fratris patris tui non reteges*; de Nuditate uxoris ejus; unde statim subjungitur; אֶל אִשְׁתּוֹ לֹא תִקְרַב דּוֹדָתְךָ הִיא *Ad uxorem ejus non appropinquabis: Amita tua est.* Conferatur etiam cap.20. v.20. Sunt tamen nonnulli, qui hæc literaliter accipiunt, & ad prohibitionem concubitus masculi referunt, ut Talmudici, & qui eos sequuntur. At Abarbenel, Bechai, Ramban, & alii, priorem sensum præferunt; quòd Concubitus Masculi alibi peculiari præcepto sit prohibitus; & quòd in cæteris idem quoque observandum fuisset, & tam marium quàm fœmellarum mentio facienda in prohibitione: quòd denique in singulis versibus, nonnisi unicum præceptum contineatur.

16.

II. אֵשֶׁת אָב *Uxor Patris*, versu 8. quæ sc. non est tua mater, *Noverca*, & quidem Patre tam mortuo, quàm vivente. Hinc

tale

2011 Ministerio de Cultura

tale matrimonium inter Christianos etiam gravissimè reprehendit Paulus, atque ita hanc Legem approbavit, 1. ad Corinth. 5. 1. *Omninò auditur esse inter vos Scortatio, & ejusmodi scortatio, quæ ne inter gentes quidem nominatur; nempe ut quis Uxorem Patris habeat.*

17.

Huc quoque referendę sunt פילגשים *Concubinæ Paternæ*, quas olim in Veteri Testamento sibi permiserunt, & habuerunt, ex tolerantia Divina, quâ & ad Polygamiam connixit. Concubinæ enim illæ non multum differebant à veris uxoribus, unde & *Uxores* quandoque vocantur, illi autem qui eas habuerunt *Viri illarum*. *Quæ inter Uxorem veram, & פִּילֶגֶשׁ Concubinam olim fuerit differentia*; discrepant nonnihil Hebræi. Plerique verò, ex sententia Talmudicorum, quæ hodiè legitur in Tractatu Sanhedrin, statuunt; Uxores veras ductas fuisse cum desponsatione & dotis-scriptione seu assignatione: Pellices verò neutro horum. Hoc etiam multi nostrorum Scriptorum ab illis hauserunt, præeunte illis R. Davide Kimchio, ad 2 Sam. 5. v. 13. Drusius ad loca difficiliora Genes. cap. LXV. Johannes Seldenus, de Successionibus ad Leges Hebræorum cap. 3. Dissentit hac in parte Abarbenel, & putat, פילגשים seu Concubinas, ductas fuisse בְּקִדּוּשִׁין *per legitima sponsalia*, sed בְּלֹא כְתוּבָּה *absque Dotis-scriptione & assignatione*, quod utrumque requiritur ad veras nuptias, & in veris uxoribus ducendis observatur. Existimat autem, errorem esse in nostro Talmud hodierno, sequens hac in parte R. Salomonem, qui in Commentario suo in Legem Gen. 25. v. 6. alio sensu adducit verba Talmudis quàm hodie leguntur; is verò Talmudis, & omnium jurium Talmudicorum fuerit callentissimus. Quia itaque ejus in Prophetas priores Commentarius rarus est, & à nemine adhuc, quod viderim, ejus sententia producta, placet, hac occasione, Dissertationi isti eam inserere, ex Commentario ejus in librum Judicum cap. 19. ad historiam Concubinæ illius Levitæ, quam Gibeonitæ violarunt. In hunc ergo sensum illic scribit: *R. Salomon in Commentario suo in Legem scribit;* שֶׁהַפִּלֶגֶשׁ הָאֲמוּרָה בְּתוֹרָה הִיא בְּקִידּוּשִׁין בְּלֹא כְתוּבָּה וְהָאִשָּׁה בִּכְתוּבָּה וְקִדּוּשִׁין *quòd* פילגש *seu Concubina, cujus in Lege fit mentio, ducatur quidem per desponsationem solennem, sed sine dote propter nuptias: Uxor*

2011 Ministerio de Cultura

verò per desponsationem, & scriptionem-dotis; sicut id arguerunt Rabbini nostri in Tractatu Sanhedrin, ubi de Rege agitur. Dicunt enim illic, מָה בֵּין נָשִׁים לְפִלַגְשִׁים נָשִׁים בְּקִדּוּשִׁין וּכְתוּבָּה וּפִלַגְשִׁים בְּקִידּוּשִׁין בְּלֹא כְתוּבָּה *Quid interest inter Concubinas & Uxores? Uxores (ducuntur) per sponsalia, & scriptam-dotem: Concubinæ per Sponsalia, absq; scripta dote* (N.B. in hodierno Talmud aliter legitur, nempe; פִּלַגְשִׁים בְּלֹא קִדּוּשִׁין וּבְלֹא כְתוּבָּה Concubinæ, nec per sponsalia, nec per scriptionem dotis). *Itaque ista (Levitæ) concubina fuit ducta per Sponsalia, & habita tanquam uxor ipsius, & proinde mortis reum fecit concumbentem secum. De hoc testatur Scriptura ipsa, dum ait;* Et respondit vir Levita, vir mulieris occisæ, Judic. 20. 4. *Virum ejus ideo sc. vocat, quòd illa fuerit desponsata ipsi. At R. Moses ben Nachman in suo Comment. in Legem, ad Gen. 25. 6. scribit rem non ita se habere, uti vult R. Salomon, sed concubinas neque habere Desponsationem, neque Literas-dotis: Sic enim habere veram lectionem in Talmud. Et sanè lectio Talmudis nostra, seu hodierna ita habet;* נַאי פִּלַגְשִׁים וּמַאי נָשִׁים אָמַר רַב יְהוּדָה אָמַר רַב נָשִׁים בְּכְתוּבָּה וְקִידּוּשִׁין וּפִלַגְשִׁים בְּלֹא כְתוּבָּה וְקִדּוּשִׁין *quorum verborum mens est omninò uti vult Ramban, Concubinas caruisse Sponsalibus & Literis-dotalibus. Verùm R. Salomon fuit Pater in Talmud, nec post eum surrexit aliquis ipsi comparandus, neque in explicatione sua Talmudica alterius lectionis meminit, quod docet, illum de nulla alia sciviſſe, quàm de ea cujus mentionem fecit in Expositione Legis, quodq; inter Uxores, & Concubinas, non duplex, sed unica sit differentia, Literæ sc. seu Instrumentum dotale, quo Concubinæ carebant. Fortassis hæc verba,* בלא כתובה וקידושין *ita intellexit, quasi eorum mens esset,* בלא כתובה אבל בקידושין absque instrumento dotali, sed cum sponsalibus. *Quòd verò veritas sit ab ejus partibus, docet id, quod scriptum extat in Talmud Hierosolymitano:* אֵיזוּ הִיא פִלֶגֶשׁ וְאֵיזוּ הִיא אִשָּׁה ר מֵאִיר אוֹמֵר אִשָּׁה יֵשׁ לָהּ כְּתוּבָּה פִלֶגֶשׁ אֵין לָהּ כְּתוּבָּה ר יְהוּדָה אוֹמֵר אֶחָד זוֹ וְאֶחָד זוֹ יֵשׁ לָהֶן כְּתוּבָּה אֶלָּא אִשָּׁה יֵשׁ לָהּ כְּתוּבָּה וְתַנָּאי כְּתוּבָּה פִלֶגֶשׁ יֵשׁ לָהּ כְּתוּבָּה וְאֵין לָהּ תַּנָּאי כְּתוּבָּה h. e. Quænam est Concubina, & quænam est Uxor? R. Meir dixit; Uxor habet instrumentum-dotale: Concubina non habet. R. Jehuda dixit; Tam huic quàm illi est instrumentum dotale: hoc verò interest, quòd Uxor habet Instrumentum-dotis, & Conditiones hujus Instrumenti; Concubina habet Instrumentum-dotis, sed non conditiones ejus. *Et videtur illic,* שהפסק *quòd Decisio sit secundum*

2011 Ministerio de Cultura

cundum R. Meir: hîc verò arguit, neminem in mundo dubitasse, Utrum Concubina ducatur per Sponsalia, necne; nam omnes unanimibus suffragiis concedunt; illam Desponsationem habere: sola dissensio est de כתובה *Instrumento-dotali, Utrum tale aliquod habuerit: vel an tantùm Conditionibus ejus caruerit? Ex quibus colligo, veram lectionem in Talmud ita esse debere;* אִשָּׁה בִּקְדוּשִׁין וּכְתוּבָּה ׳ פִּלֶגֶשׁ בִּקְדוּשִׁין בְּלֹא כְתוּבָּה׃ Uxor cum desponsatione & instrumento-dotali: Concubina, cum desponsatione, absque Instrumento-dotali: *neque eos negare voluisse Desponsationem. Et quomodo potuissent Sapientes nostri credere, Davidem habuisse concubinas non desponsatas, & quæ nullam rationem Uxorum habuerint? Scriptura dicit in Historia Absalomi;* Et reliquit Rex אֵת עֲשֶׂר נָשִׁים פִּלַגְשִׁים decem mulieres vel uxores concubinas, ad custodiendam domum; 2.Sam.15.16. *Item;* Ingredere ad concubinas patris tui; 2.Sam.16.21. *Item;* Et accepit Rex decem mulieres concubinas, 2.Sam.20.3. *Et Nathan Propheta dicit, in denunciatione pœnæ, ob negotium Bathsheba;* En ego suscitaturus sum adversus te malum, de domo tua, tollamque uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, dormietque cum uxoribus tuis in oculis Solis hujus, 2. Sam. 12. 11. *ubi Uxores vocat, Concubinas similes Bathshebæ: nam pœna fuit Talionis, mensura pro mensura. Præterea invenies, quòd pro eo quod in libro Samuelis dicitur;* Et accepit David concubinas & uxores ex Hierusalem, 2.Sam.5.13. *pro hoc, inquam, in libris Chronicorum dicatur;* Accepit autem David adhuc uxores in Hierusalem, 1.Chron.14.3. *Ex quibus apparet* פלגשים *idem esse quod* נשים; *& Concubinas esse Uxores; quia nimirum sunt desponsatæ, & rationem uxorum habent. Ulterius verò hoc evincit, quòd ex Lege Meretrix sit prohibita: & R. Moses ben Majemon scribit, libri* נשים *capite primo;* כָּל הַבּוֹעֵל אִשָּׁה לְשֵׁם זְנוּת בְּלֹא קִדּוּשִׁין לוֹקֶה מִן הַתּוֹרָה Qui rem habet cum muliere, nomine scortationis, sine sponsalibus, vapulat ex Lege. *Hoc docet, Concubinas desponsatas fuisse: quia Israëlitis Concubinæ fuerunt permissæ: absque hoc enim, liberi illarum fuissent spurii. Præterea licet Nachmanidi largiremur, quòd lectio Talmudis secundum verba ejus sit, tamen non sequeretur inde, quòd Concubina quævis in Lege commemorata, in genere sit sine instrumento dotali, & Sponsalibus: quia* (in Talmud illic) *non est sermo de Concubina in genere, sed de Concubina Regis. Illic enim commentantur super illud;* Et non multiplicabit sibi uxores, sc. *Rex. Contra hoc*

2011 Ministerio de Cultura

objiciunt ex eo quod de Davide ſcriptum eſt; Et accepit David inſuper concubinas & uxores in Jeruſalem: *Et hac occaſione quærunt*; Quænam ſunt concubinæ? Et quænam ſunt uxores? &c. *Itaque hoc tantùm de Regiis concubinis erit intelligendum, non de concubinis cujuſvis ex Iſraele. Et certè ex verbis Majemonidis videtur, illum etiam ſic iſtum textum Talmudicum intellexiſſe, dum in libro* נשים *dicit*, prohibitum eſſe homini, rem habere cum muliere, ſine ſponſalibus; *ex eo item, quod ſcribit capite* 4. הלכות מלכים; Regem habere poteſtatem ducendi uxores & concubinas ſine inſtrumento dotali & ſponſalibus, אֶלָּא בְּיִחוּד בִּלְבַד קוֹנֶה אוֹתָן וּמוֹתֶרֶת: ſed idiotæ, homini plebeio prohibitam eſſe concubinam ſine ſponſalibus. *Ex quibus ipſius verbis diſcimus, Lectionem veram eſſe omninò eam, quam Raſchi nobis exhibet: &, licet intelligenda eſſent illa verba Talmudis de Concubina cujuſvis hominis, ei licitâ; tamen ſine dubio Sponſalia requiri, & neceſſaria fore. Ad hæc, vir Mulieris ſeu Concubinæ hujus occiſæ, fuit timens Deum, & recedens à malo, ſicut dicit*; Ad domum Domini ego vado, Judic.19.18. וְהָלַךְ לַחֲזוֹר עַל אִשְׁתּוֹ מִבֵּית אָבִיהָ; *quod non foret, niſi ei deſponſata fuiſſet. Et hac de cauſa etiam fuerunt Gibeonitæ, qui concubuerunt cum ea, rei mortis; eò quòd rem habuerunt cum alterius viri uxore.* Hactenus Abarbenel.

Contra hanc itaque Legem, peccavit ante Legem latam, Ruben, concumbens cum Bilhah concubina patris ſui, Geneſ.35.22. unde etiam eâ de cauſa reprehenſus & mulctatus fuit à Patre, Geneſ.49.4. poſt Legem latam Abſalom, in conſpectu totius Iſraëlis polluens concubinas patris ſui Davidis, 2.Sam.16.

18.

III. אחות *Soror*, vel בת אשת אב *Filia uxoris patris*; verſu 9. & 11. ſc. quæ propriè ſoror eſt, vel ex utroque parente, vel ex alterutro; idque vel legitimè ex conjugio, vel illegitimè extra conjugium. Comprivignam autem, h.e. Filiam novercæ tuæ, quam ex alio marito, non ex parente tuo ſuſcepit, deſponſare, & in Uxorem ducere, permittunt Hebræi. Majemonides in הלכות אסורי ביאה cap.2.§.3. בַּת אֵשֶׁת אָבִיו שֶׁהִיא אֲחוֹתוֹ מֵאָבִיו הֲרֵי הִיא עֶרְוָה עָלָיו שנא' בַּת אֵשֶׁת אָבִיךָ מוֹלֶדֶת אָבִיךָ *Filia uxoris patris, quæ eſt ſoror ex patre, illa eſt* ערוה *ſeu prohibita, ſicut dicitur*; Non revelabis nuditatem filiæ

2011 Ministerio de Cultura

filiæ uxoris patris tui, genitæ à patre tuo: אֲבָל אִם אֲבִיו נָשָׂא אִשָּׁה
דַּיָּשׁ לָהּ בַּת מֵאִישׁ אַחֵר אוֹתָהּ הַבַּת מוּתֶּרֶת לוֹ שֶׁאֵין זוֹ מוֹלֶדֶת אֲבִיו וגו׳
Sed si pater alicujus duxerit uxorem, quæ filiam habeat ex viro alio, illa filia permissa est ipsi: quia non est genita à patre ejus. Sic in Schylchan aruch parte 4. Num. 15. §. 11. מוּתָּר אָדָם בְּבַת אִשֶּׁת אֲבִיו שֶׁיֵּשׁ לָהּ
מֵאִישׁ אַחֵר וַאֲפִילוּ חוֹרְגָה הַנְּדֵלָה בְּבַיִת בֵּין הָאַחִין מוּתֶּרֶת לָהֶם וְלֹא
חֲיִישִׁינַן לְמַרְאִית הָעַיִן שֶׁנִּרְאֵית כַּאֲחוֹתָם *Potest quis desponsare & ducere filiam uxoris patris sui, quam suscepit ex alio viro: & licet sit privigna, educata in domo eadem inter fratres, tamen permissa est ipsis, neque curamus, quòd externè videatur esse ut soror ipsorum.* Idem traditur in ספר החנוך ad Levit. cap. 18. v. 11. *Ex judiciis hujus præcepti est, quod Sapientes nostri dicunt, prohiberi hîc filiam uxoris patris ejus, quæ soror ejus sit* דווקא *propriè & simpliciter, h. e. quam pater ejus genuit: sed Filia uxoris patris, quæ non est soror ipsius, quando sc. uxor patris ejus habet filiam ex viro alio, tùm ista nullo modo est prohibita, sed omninò permissum est homini eam ducere.* Sic est communis Hebræorum sententia, quam ideò annotare libuit, quia Interpretes quidam nostri variant circa explicationem loci hujus Lev. cap. 18. v. 9. & 11. In utroque enim versu prohibetur Desponsatio Sororis; sed verbis diversis. Versu nono dicitur; עֶרְוַת אֲחוֹתְךָ בַּת
אָבִיךָ אוֹ בַת אִמֶּךָ מוֹלֶדֶת בַּיִת אוֹ מוֹלֶדֶת חוּץ *Non reteges nuditatem sororis tuæ, filiæ sc. patris tui, aut filiæ matris tuæ, genitæ domi, aut genitæ foris*, (h. e. genitæ in legitimè contracto matrimonio, aut illegitimè ex ea quæ à patre tuo fit vel vi vel blanditiis compressa, aut aliâs ei prohibita, *ut plerique Hebræi explicant*); Versu undecimo, עֶרְוַת בַּת אֵשֶׁת אָבִיךָ מוֹלֶדֶת אָבִיךָ אֲחוֹתְךָ הִיא לֹא תְגַלֶּה עֶרְוָתָהּ
Nuditatem filiæ uxoris patris tui genitæ à patre tuo, quæ soror tua est, non reteges nuditatem ejus. Hinc existimarunt nonnulli, versu undecimo prohiberi desponsationem Comprivignæ. Judæi alii verò, aliter uti vidimus. Quærit Majemon, *Cur idem præceptum repetatur, annon idem jam dictum fuerit versu nono?* Respondet, ideò, ut indicetur, eum qui sororem suam ex eodem patre genitam ducit, longè gravissimè peccare, & dupliciter reum constitui; לְפִיכָךְ
חַבָּא עַל אֲחוֹתוֹ שֶׁהִיא בַּת נְשׂוּאַת אָבִיו חַיָּב שְׁתַּיִם, אַחַת מִשּׁוּם
עֶרְוַת אֲחוֹתְךָ וְאַחַת מִשּׁוּם עֶרְוַת בַּת אֵשֶׁת אָבִיךָ אֲבָל אִם אָנַס אֲבִיו
אִשָּׁה אוֹ פִיתָּהּ אוֹתָהּ וְהוֹלִיד מִמֶּנָּה בַּת וּבָא עָלֶיהָ אֵינוֹ חַיָּב
אֶלָּא מִשּׁוּם אֲחוֹתוֹ בִּלְבַד שֶׁאֵין בַּת הָאָנוּסָה בַּת אֵשֶׁת אָבִיו

Idcirco,

2011 Ministerio de Cultura

Idcirco, inquit, *qui rem habet cum Sorore ſua, quæ eſt filia legitimè ductæ Patris ſui, is duplicem reatum habet; Unum, propter retectam nuditatem Sororis ſuæ; de qua v.9. Alterum, propter retectam nuditatem filiæ uxoris patris ſui, de qua v.11. Sed ſi Pater ipſius violaverit aut blanditiis ſeduxerit aliquam, atque ex ea filiam ſuſceperit, & cum hac congrediatur, non habet niſi unum reatum, reſpectu ſc. Prioris, de Sorore non ducenda: quia filia Violatæ mulieris non eſt filia Uxoris patris* (hęc enim ducenda eſt per Deſponſationem & nuptias, ſecundum ritum Iſraëlitarum). In eundem ſenſum reſpondet R. Bechai. Moſes Mikkozi in libro Præceptorum magno, parte 1. Num. 104. 105. Petita autem ſunt iſta ex Talmud Jevammoth cap. 2. fol. 22. col. 1. Chaskuni etiam ita conciliat, ut dicat, verſum nonum intelligendum eſſe ſimpliciter de Sorore illegitima & ſpuria; verſum undecimum de Sorore ex legitima conjuge procreatâ. Et R. Moſes bar Nachman ſcribit, verſum undecimum addi, ut indicetur, verſu nono non intelligi filiam ex legitima uxore genitam: & quia interinterdicta filiorum Noachi (ante Legem) fuerit quidem הָאֲחוֹת Fraternitas ex matre, ſed non à patre; voluiſſe Scripturam indicare, utramque fraternitatem ex æquo prohibitam eſſe Iſraëlitis. Qui de Comprivignis verſum undecimum accipiunt, duabus rationibus nituntur; *primò*, Vocem מוֹלֶדֶת aliter exponunt, hoc ſc. ſenſu; *Nuditatem filiæ uxoris patris tui*, quæ *cognata* facta eſt *patri tuo*, Soror tua eſt, non reteges nuditatem ejus: vel, *quam educavit pater tuus*; quomodo verbum יָלַד, unde מוֹלֶדֶת derivatur, ſumitur Geneſ. 50. 23. Hanc dicit Aben Eſra eſſe ſententiam Sadducæorum. Sed Judæorum Interpretes conſtanter altero ſenſu exponunt; *Quæ genita eſt à patre tuo.* & rectiùs omninò hîc, & v. 9. iſta vox ſic exponi videtur: *deinde* exiſtimant, ταυτολογίαν hîc fore, ſi aliter exponatur, & idem præceptum inaniter vis repeti, quod non putant eſſe probabile; maximè cùm alius verſus, & aliud præceptum interponatur. Ad hanc difficultatem ſolvendam, variè exponitur iſte verſus ab Interpretibus, quas verò diſcutere, non eſt hîc noſtri inſtituti. Hebræorum duntaxat communem & receptam ſententiam proponere voluimus, & indicare, illos expoſitioni illi de Comprivignis omninò non favere.

19. Porrò

2011 Ministerio de Cultura

19.

Porrò contra hanc Legem videtur esse Exemplum Abrahami & Saræ; quia de Sara dicit Abraham Genes. 20.12. *Etiam verè Soror mea est, filia Patris mei; veruntamen non est filia matris meæ. Genes.* 12.13. *Dic quæso; quòd soror mea sis.*

Hebræi communiter volunt, illam non propriè fuisse Sororem ipsius, sed Filiam Fratris, quæ etiam vocata olim fuerit Soror: Nomine autem hoc uti voluisse, ad seducendum, & divertendum Abimelechum. Hinc scribit Aben Esra ad Genes. 20.12. הַנָּכוֹן בְּעֵינַי שֶׁרָחַר אֲבִימֶלֶךְ בִּדְבָרִים כְּפִי צוֹרֶךְ הַשָּׁעָה *Rectum in oculis meis est, quòd his verbis voluerit depellere Abimelechum, necessitate temporis præsentis sic requirente.* Ad confirmationem suæ sententiæ, remittit Lectorem ad Genes. 27.19. ubi similia Mendaciorum genera ex Scriptura producit, veluti 1. Sam. 21.5. ubi David dicit; *Sed & fuerunt vasa puerorum sanctitas:* Elisæi, 2.Reg 8.10. Benhadado Regi Aram dicentis, *Vivendo vives*; cùm tamen Deus ostenderit ei, quòd moriturus esset: Michæ, Regi Israelis, dicentis; *Ascende & prosperè agas, &c.* 1.Reg.22.15. nempe דֶּרֶךְ מוּסָר *per civilitatem:* Jacobi, Esavum simulantis, & se esse Patri dicentis, Genes. cap. 27. In hanc sententiam inclinat etiam Rabbi Moses ben Nachman, Isaac Arama.

Rabbi Bechaj: *Non fuit filia patris ejus, sed filia Charanis, qui fuit filius Therachi (frater sc. Abrahami) sicut dicitur*; Gen.11.29. Filia Haran, patris Milca, & Patris Jiska; *Jiska hæc enim est Sara: & filii filiorum sunt sicut filii. Et hinc dicit Abraham*; Filia Patris mei; *quasi diceret*, Filia filii patris mei.

Abarbenel: לְהִנָּצֵל אָמַר אֲחוֹתִי הִיא *Ad excusandum se dicit*; Soror mea est. *Et insuper dicit, quòd revera sit Soror sua, Filia sc. patris sui, sed non filia matris suæ, ac propterea ipsi fuerit in uxorem. Nam inter filios Noæ non fuit prohibita, nisi Soror filia Matris. Et quamvis Sara non fuerit Soror ipsius, sed Filia fratris ipsius, non tamen mentiebatur ita loquendo,* כִּי הָיָה מִנְהָגָם לִקְרֹא אֶת בֶּן הָאָח אָח *quia moris ipsorum fuit, vocare Filium fratris, Fratrem, sicut Abrahamus Lothum vocavit Fratrem suum, quùm Filius Fratris ejus fuerit: Sic sc. etiam vocavit Saram, Sororem suam, eò quòd esset Filia Fratris ejus; idq; tantò magis,* שֶׁהָיְתָה כַּוָּנַת אַבְרָהָם לְפַיֵּס אֶת אֲבִימֶלֶךְ בִּדְבָרִים *quòd intentio ejus fuerit verbis placare, & divertere Abimelechum.*

C

2011 Ministerio de Cultura

20.

Deinde videtur huic Legi repugnare id quod legitur 2. Sam. 13. v. 12. 13. de Amnone & Thamara; Posteaquam enim Amnon deperisset sororem suam Thamarem, (uti vocatur cap. 13. v. 1. &c.) & illam ad concubitum sollicitasset, dixit Thamara ei; *Ne frater mi, ne opprimas me: non enim sic fit in Israële, ne facias stultitiam hanc. Nam ego quò depellam probrum meum? tu verò eris veluti unus è stultis in Israële: nunc ergò alloquere obsecrò Regem: non enim denegabit me tibi.* Ex quibus postremis verbis videtur, Thamarem non pro re illicita vel prohibita habuisse, Fratri nubere. Videamus Hebræorum sententias:

R. Salomon Jarchi: (Non denegabit me Rex Tibi). *Quia licita ego sum tibi; eò quod gravida eâ* (Thamare) *facta sit mater ejus, cùm esset alienigena pulchra formâ* (formosa), *quam David cepit in bello. Jam verò filius aut filia ex ancilla, non sunt tales* לכל דבר *per omnia.*

R. Levi Ben Gersom; Non enim sic fit in Israele) *Non dixit* (hoc Thamar) *ei ex hoc fundamento, quòd non sit licitum concumbere cum sorore sua, propter incestum. Nam si ita esset, quomodo Rex non potuisset eam ipsi denegare? Sed voluit dicere his verbis; Non esse moris in Israele, ut quis per scortationem, extra conjugium, rem habeat cum muliere. Et hinc appareat, Thamarem non fuisse Sororem ejus veram aut germanam. Hac de causa dixerunt Sapientes nostri b. m. Thamaram fuisse filiam formosam, compressam & imprægnatam à Davide in gentilitate sua, postmodùm proselytam factam esse & ductam in uxorem à Davide. Quia autem mater ejus non fuerat proselyta, eo tempore quo illâ gravida facta erat, idcirco Filiam non fuisse, vel habitam fuisse pro filia Davidis. Filius enim Israëlitæ susceptus ex ancilla, aut ex gentili, non vocatur Filius Israëlitæ illius. Hinc dicitur in sectione,* ואלה משפטים *de Filiis, natis Israëlitæ alicui ex ancilla Cananæa, quòd sint servi sicut ipsa* (mater) *non verò Israëlitæ.*

R. David Kimchi ad 2. Sam. 13. v. 1. Soror pulchra cujus nomen Thamar) *Thamar sc. fuit filia pulchræ formâ* (vide Deut. 21. 11.) *sicut dixerunt Rabbini nostri, cujus rei probatio petitur ex illis verbis*; Non enim denegabit me tibi Rex. *Fuit autem Soror Absalomi ex eadem matre; Nam Maacham, matrem Absalomi, accepit David in bello, & consuevit cum ipsa, antequam Judæa fieret, quia Lex hoc concessit propter vim*

2011 Ministerio de Cultura

pter vim malæ concupiſcentiæ, ſicut ſcriptum eſt Deut. 21. 11. Si videris in captivitate mulierem pulchram formâ, & deamaveris eam, & acceperis tibi in uxorem. *Non fuit autem conceſſa antequam ad Judaicam Religionem accederet, niſi primo tantùm concubitu: poſtea, ſi Judæa voluit fieri, potuit eam ducere in uxorem. Maacha autem concepit ex Davide congreſſu primo càm adhuc eſſet Gentilis. Hinc Thamar permiſſa fuit Amnoni, licet fuerit filia Davidis, quòd in gentilitate matris concepta fuerit. Poſtea autem ad Judaicam Religionem acceſſit Maacha, & duxit eam David in uxorem, peperitq; ei Abſalomum.* Hinc *quod Amnon ad eam dicit* verſ. 11. Veni cuba mecum ſoror mea; *ideò, quia filia Davidis fuit, vocavit eam Sororem ſuam.*

Abarbenel ad 2. Sam. 13. v. 1. quærit; *An Thamar fuerit filia Davidis? Nam,* inquit, *ſi dicamus, quòd fuerit filia Davidis, & ſoror Amnonis, quomodo in principio hujus hiſtoriæ dicitur;* Et Abſalomo, filio Davidis, erat ſoror pulchra formâ, cujus nomen erat Thamar, & amavit eam Amnon filius Davidis? *Hæc enim verba docent, Abſalomum & Amnonem fuiſſe filios Davidis, Thamarem verò non fuiſſe ipſius filiam, ſed ſororem Abſalomi ex matre, & non ex patre, ſicut dicit;* Thamarem ſororem Abſalomi ego amo; *non verò ſororem meã,* verſ. 4. *Contrariatur etiam ei, quod Thamar dicit;* Alloquere quæſo Regem, & non denegabit me tibi, v. 13. *Si enim fuiſſet Soror ejus, quomodo non denegaſſet illam ipſi? Si verò dicamus, quòd non fuerit ſoror ipſius, quomodo dicit Amnon ad patrem ſuum;* Veniat obſecro Thamar ſoror mea, v. 6. *& quomodo dixit Pater ad ipſam;* Veni nunc in domum fratris tui, & fac ei pulmentum, v. 7. *quomodo item illa dixit ad ipſum;* Ne frater mi, v. 12. *& Abſalom ad Thamaram,* Amnon Amnon frater tuus fuit tecum, nunc autem ſoror mea tace, frater tuus eſt; ne apponas cor tuum ad hoc, v. 20? *Hæc verba omnia docent, quòd Thamar fuerit ſoror Amnonis etiam ex parte patris, non verò quòd ſingulariter fuerit ſoror Abſalomi, reſpectu matris?*

Reſpondet; *Cujus filia fuerit Thamar, ecce Sapientes noſtri in Talmud Sanhedrin, ut & Interpretes omnes, preſſi his difficultatibus, dixerunt, Thamarem filiam Davidis Regis, fuiſſe ſororem Abſalomi, ex eodem patre, & ex eadem matre: ſed Davidem accepiſſe matrem ejus, Maacham filiam Regis Geſchur in bello, eò quòd eſſet pulchra formâ, & concubuiſſe cum ea antequam eam proſelytam ſeu Judæam feciſſet; eò quod Lex permiſerit hoc propter vehementiam concupiſcentiæ malæ, ſicut dicitur;* Si

2011 Ministerio de Cultura

videris in captivitate mulierem pulchram formâ, &c. Deuter. 21. *Non fuit autem talis licita ei nisi congressu primo; postmodum autem, si voluit Judaicam religionem amplecti, poterat ducere eam in uxorem: Maacham autem concepisse ex Davide congressu primo, dum adhuc gentilis esset: Et hanc esse causam, cur Thamar licita fuerit Amnoni, licet filia Davidis esset: quòd filius Israëlitæ ex ancilla, aut ex gentili fœmina natus, non vocetur filius Israëlitæ: ideò dici in Parascha Mosaica* ואלה משפטים, *filios natos Israëlitæ alicui ex ancilla Cananæa, esse servos perinde ut ipsa, non verò Israëlitas, ut Pater.*

Mihi verò hæc sententia, juxta sensum literalem, & rectam rationem, valdè absurda videtur esse, neque ab intellectu admitti posse.

Nam licet fateamur, Davidem cum Maacha rem habuisse, antequam Judæa fieret, de quo tamen Scriptura nihil habet; non est Regi tam pio, qualis David fuit, conveniens, ut id fecisse credatur, antequam Religionem ejus amplecteretur: nam non est dubium, quin illa sponte suâ confestim voluerit Regi Davidi nubere.

Quòd si etiam admitteremus, ex illo primo congressu gravidam factam fuisse Maacham, quod iterum Scriptura nusquam commemorat; & ex sententia Medicorum, impossibile est, ut virgo concipiat ex congressu primo; his omnibus posthabitis, posteaquam Maacha filiam Davidi peperisset, cùm tùm Proselyta & Judæa fuerit, quomodo differentia aliqua potuisset esse inter Thamarem & Absalomum? ambo, & Thamar & Absalom, fuissent liberi Davidis, ambo fuissent ex Maacha, jam proselytâ, & uxore Davidis prognati; quomodo ergo dici posset, Ipsam, quia mater ejus ipsam conceperit, uno vel duobus diebus, priusquam proselyta fieret, fuisse licitam & concessam Amnoni fratri suo?

Quod dicunt, Filium ex ancilla aut Gentili-fœmina oriundum non vocari Filium Israelis; id quidem verum est, si mater ejus sit ancilla aut Gentilis; verùm si mater ejus fortassis vel horam unicam, antequam ad Judaismum accesserit, gravidata fuerit; postea Judæa facta, pepererit filium aut filiam in sanctitate & puritate, an Deo placere posset, si eam veluti gentilem judicaremus, pudicitiam ejus prostitueremus, & filium in Judaismo natum, Gentilem vocaremus? Ad filios ancillæ Cananææ quod attinet, quia illa mansit & perduravit in suo statu-ancillari, æquum fuit, ut mulier & filii ejus essent heri ipsius: nam nativitatis maximam partem debent filii matri, maximè si mater fuerit ancilla, & vir (Pater) servus. Nam quamvis ille liber egrediebatur anno septimo, non æquum fuit,

2011 Ministerio de Cultura

fuit, ut filii etiam egrederentur, qui in domo nati erant. Neque hoc simile est negotio Thamaris & Amnonis, *qui fratres* (geschwisterten) *fuerunt ex parte patris sui: Lex verò diserte in Fœminis-prohibitis dixit*; Filiam patris, aut matris suæ natam domi, aut natam foris.

Mihi itaque sic videtur de hoc negotio; *Absalomum & Thamarem fuisse liberos Davidis, & ambos natos fuisse ex Maachâ posteaquam Judaicam religionem esset amplexa. Hac de causa Amnon vocavit Thamarem* Sororem suam; *& vice versâ Thamar Amnonem* Fratrem suum: *ut & tam David quàm Absalom: Hac de causa dixit Absalom ad eam*; Tace, frater tuus est, ne apponas cor tuum ad hoc. *Quia enim frater ejus fuit, ideò non decuit, ut divulgaret flagitium ipsius. At in principio historiæ dicitur*; Absalomo filio Davidis, erat soror pulchra; *quia visum fuit Scripturæ eam ipsi adjungere, quòd esset Filia patris & matris ipsius: & quia ipse (Absalom) excitatus fuit ad eam ulciscendum: ex quo deinde id insequutum fuit, quod contigit inter Absalomum & patrem ejus: & quia ipsa fuit cum Maacha matre suâ, & fortassis jam antea in domo Absalomi habitârunt; ob has, inquam, causas primò & propriè ea adjungitur Absalomo. Hinc etiam statim narrat Scriptura, & ait*; Angustiis autem afficiebatur Amnon, adeò ut in morbũ incideret, propter Thamarem sororem suam; *Vult enim dicere*, Quia vidit, impossibile esse, ut eâ frueretur; eò quòd soror ejus esset. *Quod si potuisset eam in uxorem ducere, ut viri isti cæteroquin insignes volunt, quare non dixit Amnon ad patrem suum, ut eam sibi daret in uxorem? Hoc utiq; consilium fuisset sanius, quàm id quod Jonadab ei faciendum suasit. Sed veritas ipsa docet viam suam, hoc secundum jus, & secundum Legem, fieri non potuisse. Quod autem Thamar dixit*; Alloquere obsecrò Regem: non enim denegabit me tibi; *non alio fine dixit, quàm ut se ab ejus sollicitationibus liberaret, uti sum explicaturus: & nihil aliud fuerunt hæc verba, quàm vana solatia, quibus eum blandè divertere voluit; veritatem autem rei satis detexit & designavit in verbis suis, quando dixit:* Quia non sic fieri debet in Israële, ne facias stultitiam hanc, *vel*, flagitium hoc; *quia sc. fuit per Legem ipsi prohibita. Hac ratione conciliantur omnia, & quæstio ista est soluta.*

Idem ad versum duodecimum ejusdem capitis: Ne frater mi, &c.) *Voluit* (Thamar) *his verbis tres dare rationes fortes, quare non deceat ita facere,* הָאֶחָד מִפְּאֹת הַמַּעֲשֶׂה *Primam ex parte vel*

2011 Ministerio de Cultura

qualitate actionis ipsius, הַב מִפְּאַת כְּבוֹדוֹ *Secundum ab honore suo*, הַג מִפְּאַת כְּבוֹדוֹ *Tertiam ex consideratione honoris ipsius.* *Respectu* primæ causæ *dixit*; Ne frater mi, ne opprimas me; *per admirationem, quasi dixisset*; הֲלֹא אָחִי אַתָּה וְלָכֵן אֵין רָאוּי שֶׁתְּעַנֵּנִי *Annon frater meus es, unde non convenit, ut comprimas me*: Quia non sic fit in Israële; *ut sc. quis concumbat cum sorore sua, & nuditatem ejus retegat.* Idcirco ne facias stultitiam hanc. *Respectu* causæ secundæ, *honoris sc. sui, dixit*; Nam ego quò depellam probrum meum? *quo voluit dicere, præter peccatum, probrum etiam & dedecus subesse in hac actione.* *Respectu* causæ tertiæ, *honoris sc. ipsius Amnonis dixit*; Tu verò eris veluti unus è stultis in Israële. *Quia verò ipse ex amore non discernebat inter veritatem & falsitatem, vel inter bonum & malum, idcirco porrò adjunxit Thamar quædam verba jocosa, si fortè illis persuadeatur & demulceatur, hæc nimirum*; Nunc ergo alloquere obsecro Regem; non enim denegabit me tibi; q. d. *Si æger sis ex amore, alloquere Regem, &, quia nihil præfertur conservationi animæ vel vitæ, non denegabit me tibi: licet enim sim tibi Lege prohibita, hoc tamen potiùs eliget, quàm mortem tuam. Hoc sibi volunt ista verba*; Non denegabit me Tibi; *dixit enim hoc ad repellendum & divertendum eum, & ne illâ horâ seu illo tempore aliquid committeret. Ipse verò* (Amnon) *quia animadvertit hæc nihil aliud esse, quàm verba dolosa, & sermones ludicros, ut liberaret se ex manu ipsius, non obtemperavit, neque acquievit ei, sed vehementiùs potiùs institit, & compressit eam. Videtur, illam omnibus viribus conatam fuisse, se ab illius vi liberare, sed ille fortior fuit ipsâ: & statim atque rem habuisset cum illa, odio prosecutus est eam, &c.*

R. Samuel Laniado, in כלי יקר seu Commentario suo in Prophetas priores, ad versum primum 2. Sam. 13. post recensitas R. Salomonis, R. Davidis Kimchii, & Abarbenelis sententias, ista postmodum subjungit; *Vehementer admiror hîc* (Abarbenelem) *quem aliâs non facilè vidi egredientem extra sepem Rabbinorum nostrorum* (i.e. recedentem à sententia eorum) *inprimis in tali negotio, quod versatur circa jura simplicia, in quibus nulla est hæsitatio. Nam duo fratres, qui nati sunt alienigenæ, & proselyti fiunt, tum ipsi, ut & mater & pater eorum, possunt alter alteri* (seu invicem) *nubere, nisi abstineant propter decretum Rabbinorum, ne dicatur, Venerunt à sanctitate graviore, ad sanctitatem leviorem*: (*Nam proselytus Judæus factus habetur*

2011 Ministerio de Cultura

habetur instar infantis recenter nati) nullam enim habent convenientiam inter se, neq; respectu gradus consanguinitatis vel affinitatis prohibiti, neq; respectu hæreditatis: quia non hæredes sunt alter alterius. Quid verò opus est, res simplices & rectas confundere? Absit, ut judicium aliquod Legis destruamus ex ratione vel conjectura, sed Cabalam potius sequamur, neque ab ea recedamus. Atqui textus Scripturæ arguit, & diserte dicit, quòd Thamar soror fuerit Absalomi, non verò Amnonis, respectu nimirum ejusdem matris; sed tamen licita fuerit Amnoni, sicut dicitur, Alloquere obsecrò Regem, & non denegabit me tibi; *quæ verba utique veritatem continent, non vana solatia: non enim accepisset ea,* (Amnon) *quia sine dubio literis instructus fuit Amnon; adeò ut si ex jure ipsi fuisset prohibita, vana hujusmodi solatia non accepturus fuisset. Proinde veritatem rei & causæ sine dubio ipsi dixit, & tamen non acceptavit, propter vehementiam concupiscentiæ suæ; quanto minus consolationes vanas admisisset? & quare quæso tam vanè & inaniter Thamar eum solari voluisset? Cur verò Jonadab ei* (Amnoni) *non ita consuluerit, ejus rei rationem, D. V. scribam ad versum quintum: ibi enim est locus ejus. Hoc in genere & pro fundamento tenendum, insistendum nobis esse verbis Rabbinorum nostrorum: illa enim sunt veluti aculei, & clavi infixi in Cabbala, & in veritate. Hi verò dicunt, Thamarem ideò vocari sororem Amnonis; quòd soror ejus fuerit ex patre & ex matre, sed, ut dictum, gravida ex eâ facta fuerit, dum adhuc gentilis esset. Loquitur enim Lex respectu concupiscentiæ malæ, inprimis de Davide, &c.*

Et ad versum 12. post recensitam R. Levi, & Abarbenelis sententiam: *Mihi, pro tenuitate meæ scientiæ, videtur Thamar, dum ait* אל אחי (Ne frater mi,) vel, *Non frater meus,* (ex ejus mente,) *voluisse dicere*; Etiamsi ego ex Lege non sim prohibita tibi, tanquam fratri: nam אל אחי את id est, אינך אחי Non es frater meus; tamen *ne affligas seu comprimas me:* non enim ita decet fieri in Israële: Etenim qui in Israele rem cum aliqua habet sine præcedentibus sponsalibus, transgreditur præceptum illud; *Non erit meretrix è filiabus Israel, Deut.* 23. 17. idque, licet ambo in factum consenserint (*etiamsi consensu fœminæ vel filiæ id fiat*): *de vi autem non inferenda sibi, dicit*; *Ne facias stultitiam vel flagitium hoc,* ut ego tecum concumbam: quia sic prævaricationem longè gravissimam committeres; *Ideò enim Lex cavit, ut vim inferens fœminæ,*

& in

2011 Ministerio de Cultura

& in facultatibus ſuis puniatur, & eam ducat in uxorem, ut ſic opprobrium illud quod vim paſſæ intulit, in ipſummet redundet. Hac de cauſa dicit; Ego autem quò depellerem probrum meum, ad illud colligendum, & à me transferendum? An depellerem & transferrem illud in te? Sic tu fieres, tanquam unus è ſtultis vel flagitioſis in Iſraele, & vir inhoneſtus, ut ſatius foret illud transferre in alium, quàm in te. Idcirco nunc & hoc ipſo tempore alloquere Regem; & non denegabit me tibi: quia licita ſum ego tibi de jure abſoluto: & ſic non fuerunt hæc verba illuſionis, ſed veritatis: Et dum dixit ei; Non ſic fiet in Iſraële: ne facias ſtultitiam hanc; voluit innuere, & ei in memoriam revocare judicium ſeu hiſtoriam Dinæ, filiæ Iſraelis ſenis, in qua talis ſtultitia, ſeu tale flagitium patratum; quàm malè tandem hac de cauſa mulctati ſint Sichem & Chamor, à fratribus Dinæ, Simeone & Levi, Geneſ. 34. ut item ſibi ob oculos ponat Abſalomum fratrem ejus, qui non inultam relicturus ſit hanc injuriam: Hoc eſt quod dicit; Non ſic fit, vel, fieri ſolet in Iſraële (non inultum manet tale facinus, &c.)

Et ſic ſunt Hebræorum de hoc facto ſententiæ: de quibus judicium eſto penes Lectorem.

XXI.

IV. בַּת בֵּן *Filia filii, Neptis ex filio,* v.10.

V. בַּת הַבַּת *Filia filiæ, Neptis ex filia,* v.10.

VI. בַּת *Filia.* De hac nulla eſt expreſſa Lex: quia cùm jam Filiam filii, & Filiam filiæ, quæ in remotiori gradu, prohibuerit, quivis ſponte ſuâ judicare & colligere poteſt, hanc multò magis eſſe prohibitam. Itaque habetur, ac ſi nominatim quoq; in Lege prohibita eſſet.

VII. אִשָּׁה וּבִתָּהּ *Mulier & filia ejus,* v.17. (Vide quæ paulò infrà ſcribuntur, ſub finem Numeri XV.)

VIII. אִשָּׁה וּבַת בְּנָהּ *Mulier & filia filii ejus,* v.17.

IX. אִשָּׁה וּבַת בִּתָּהּ *Mulier & filia filiæ ejus,* v.17.

X. אֲחוֹת אָב *Soror patris, Amita,* v.12. quæ דּוֹדָה dicitur Exod.6. verſ.19. De Exemplo Amrami mox aliquid dicetur.

XI. אֲחוֹת הָאֵם *Soror matris, Matertera,* v.13.

XII. אֵשֶׁת אֲחִי אָב *Uxor fratris patris, patrui,* v.14.

quæ

2011 Ministerio de Cultura

quæ etiam דּוֹדָה dicitur hîc ; & cap. 20. v. 20. ut hæc vox & Patris ſororem, & Fratris-patris uxorem denotet, ex mente Paraphraſtarum Chaldæorum.

XIII. אֵשֶׁת הַבֵּן *Uxor filii*, *Nurus*, v. 15. Sic peccavit ante Legem cum Tamar Nuru ſua, Judah, Geneſ. 38.

XIV. אֵשֶׁת אָח *Uxor fratris*: עֶרְוַת אֵשֶׁת אָחִיךָ לֹא תְגַלֵּה *Nuditatem uxoris fratris tui non reteges : nuditas fratris tui eſt*, v. 16. ſive frater ſit ex Patre tantùm, ſive tantùm ex Matre; maximè tamen ex Patre; ſive in legitimo Conjugio, ſive extra illud ex ſcortatione procreatus.

Quæritur hîc, *An non cum hac Lege pugnet alia, quæ legitur Deuteron. cap. 25. v. 5. & ſeqq. ubi præcipitur, ut cùm plures fuerint fratres, & mortuus fuerit unus ex eis ſine filio, illius uxor ſeu vidua non nubat viro extraneo, ſed levir ejus (h. e. defuncti mariti frater) eam in uxorem ducat, & ſemen excitet fratri ſuo? &c.*

Sic quidem nonnulli exiſtimant, unde putant, per *Fratres* in hac Lege non intelligendos eſſe Fratres germanos, ſed Patrueles & alios conſanguineos, quorum conjugium non eſſet inceſtuoſum, cum fratrum uxoribus viduis. Sed fruſtra. Nam conſuetudo poſt hanc Legem latam introducta, & inprimis in hiſtoria Ruthæ cap. 4. verſus duodecimus, hanc interpretationem reſpuunt.

Hebræi ſimpliciter explicant de *Fratribus propriè ſic dictis tantùm*, & non de aliis propinquis. Itaque Legem Levitici ſic explicant, ut dicant, prohiberi Fratris uxorem, eo mortuo, ſiquidem liberos reliquerit: Quod ſi enim ſine liberis, vel, ſine filio obierit, aliam fuiſſe rationem, & ibi locum habuiſſe Legem Deuteron. 25. Vivente fratre, prorſus prohiberi; etiam, ſi fortè Frater vivus uxorem repudiarit. Hinc Jonathan Levit. 18. verſ. 14. ſic תַּרְגּוּם : *Nuditatem uxoris fratris tui non retegas*, בְּחַיֵּי אֲחוּךְ וּבָתַר מוֹתֵיהּ אֵין אִית לֵיהּ בְּנִין *vivente fratre tuo; nec poſt ejus mortem, ſi liberos reliquerit.* Vide Majem. in הלכות אסורי ביאה cap. 2. §. 1. ספר מצוות גדול in Præceptis Negativis, Numer. 109. &c. Ex vi hujus legis reprehendit Johannes Herodem, ducentem Herodiadem, uxorem Philippi fratris ſui (vivente Philippo), dicens: Non licet tibi eam habere, Matth. 14. 4. Marci 6. 18.

Cæterùm Præceptum illud Deuteronomii de Leviri officio,

2011 Ministerio de Cultura

in ducenda Fratris ſine filio defuncti uxore, quod attinet, conſuetudinem illam jam antea obtinuiſſe, docet hiſtoria Judæ, qui, cùm filius ejus primogenitus ſine liberis obiiſſet, alteri ſuo filio præcepit, ut ingrediatur ad uxorem fratris ſui, affinitatem cum ea contrahat, & ſemen fratri ſuo excitet, Geneſ. 38. Hanc itaque conſuetudinem Deus ratam habuit & confirmavit ſuo præcepto, Deut. 25. v. 5. 6. 7. 8. 9. 10. quæ verba ita explicat Abarbenel, ut illis ſequentia dicat à Moſe explicari; 1. *De Præcepto hoc obſervando non teneri niſi Fratres, non Pater, non Filius, nec alius Propinquus,* בְּחִיּוּב *ex debito; ſicut dicitur;* Quum habitaverint fratres unà. *Hac de cauſa Moſen dicere* יַחְדָּיו *Unà, ſimul, quòd ſc. eſſe debeant filii viri unius, unà habitantes, unà hæredes, quales ſunt Fratres ex patre, non ex Matre tantùm: quia nomen & definitio Fratrum propriè non dicitur, niſi de Fratribus ex eodem Patre.* 2. *Neceſſe eſſe, ut illi fratres unà in vita ſint vel fuerint, ſicut dicitur,* יחדיו אחים Fratres ſimul (*ſc. exiſtentes & viventes*). *Itaque ad fratrem natum demùm poſt mortem fratris ſine liberis excedentis, non pertinet hoc præceptum: non enim æquum foret Fratriam exſpectare, donec hîc adoleſceret, ſicut* Noëmi *dicit;* Nunquid eos exſpectabitis, donec adoleſcant? Ruth. 1. v. 13. 3. *Si mortuo fuerit filius aut filia, ex alia etiam uxore, tum hoc jus non locum habere, quòd dicatur ſimpliciter;* Et filius non fuerit ei: *& ſic jam non amplius deletur nomen ejus ex Iſraële.* 4. *quòd jus iſtud pertinuerit æquè ad deſponſatam, ac ad maritatam, quia dicitur;* Non erit uxor viri, &c. *Puella autem deſponſata etiam vocatur Uxor viri, juxta illud;* Eò quòd afflixerit uxorem proximi ſui. 5. *quòd ſi Levir fuerit eunuchus, & ineptus ad generandum, eum Lex hæc non obligaverit, quia dicitur;* Levir ejus ingredietur ad eam, & accipiet eam ſibi in uxorem. *Unde concluditur, eum tantùm obligari ad hoc, qui eſt aptus ad generandum.* 6. *Quod ſi mulier fuerit ſterilis, & inepta ad concipiendum, & liberos gignendos, quocunque modo, illa jus Leviratus non poſſit exigere: Finis enim hujus rei ſuit Generatio liberorum, quia dicitur;* Et erit primogenitus, quem pariet. 7. *Quòd liberum fuerit, & in arbitrio Leviri, non Fratriæ, eam ducere, aut Calcei exutioni ſe ſubmittere; quia dicitur;* Et erit, ſi noluerit vir. 8. *Quòd Fratria debuerit ire ad Levirum, non Levir ad illam, quia dicitur;* Et aſcendet fratria, vel glos ejus. 9. *Explicat etiam Ritum Exutionis calcei, & ejus modum: quòd item non ſanguinem, ſed ſputum clarum debuerit exſpuere in*

ejus

2011 Ministerio de Cultura

ejus faciem; quia dicitur; Et ſpuet in faciem ejus. 10. *quòd ſi Levir fuerit Cæcus, aut Pedem non habeat, ad eum hoc jus non pertinuerit; quia dicitur*; Et exuet calceum de pede ipſius.

De hoc verò ritu & jure pleni ſunt Ritualium Hebraicorum libri: & integer de eo extat Tractatus Talmudicus, nec hujus loci eſt ea huc referre.

22.

Unum adhuc addam de *Ruthæ & Boazi nuptiis*, quam huc ſpectare, & ex hoc jure pendere nonnulli volunt. Abarbenel autem eos refutat in Commentario in Legem Deut. 25. cujus verba hîc placet inſerere; וְאָמְנָם עִנְיַן בּוֹעַז וְרוּת הַמּוֹאֲבִיָּה כְּבָר חָשְׁבוּ אֲנָשִׁים שֶׁהָיָה יְבוּם וְשִׁשְׁלִיפַת הַנַּעַל אֲשֶׁר הָיְתָה שָׁמָּה הִיא הַחֲלִיצָה שֶׁזָּכְרָה הַתּוֹרָה עָלֶיהָ, עַד שֶׁמְּדוּ שֶׁהַבֵּן הַבְּכוֹר אֲשֶׁר תֵּלֵד הַיִּבְמָה לֹא יִקָּרֵא בְּשֵׁם הַמֵּת כְּמוֹ שֶׁהַבֵּן אֲשֶׁר יָלְדָה רוּת הַמּוֹאֲבִיָּה לְבוֹעַז לֹא נִקְרָא מַחְלוֹן כִּי אִם עוֹבֵד, אֲבָל זֶה בְּאֱמֶת דַּעַת נִפְסֶדֶת וּמוּטָעֶת הִיא וכו׳ h. e. *Exiſtimarunt quidam, hiſtoriam (nuptiarum) Boazi & Ruthæ quoque fuiſſe ex vi Juris Leviratus: & Detractionem calcei, quæ illic legitur, fuiſſe illam ipſam* החליצה *Exutionem calcei, de qua Lex in hac lege præcepit: adeoq; hinc etiam docuerunt, Filium primogenitum quem pareret fratria, non vocatum fuiſſe nomine Defuncti, ſicut nimirum Filius, quem Rutha peperit Boazo; non vocatus fuit Machlon, ſed Obed. Sed hæc revera ſententia eſt perniciosa & erronea. Nam Machlon non fuit frater Boazi,* לְשֵׁיתְחַיֵּיב *ut obligatus fuiſſet ducere fratris ſui defuncti uxorem. Et quamvis ad Seniores, qui in porta erant, dixerit* Ruth. 4. 3. Partem agri, quæ erat fratri noſtro Elimelecho, vendidit Noómi, quæ reverſa eſt è regione Moab; *non alia de cauſa vocat eum Fratrem, niſi quia fuit de familia ipſius, non verò quòd frater ejus germanus & verus fuerit. Nam ſcriptura dicit diſertè*, Ruth. 2. 1. Et Noómi habebat מוֹדָע cognatum ex marito, virum fortem & ſtrenuum, de familia Elimelechi, & nomen ejus erat Boaz. *Quin & ipſamet dicit*; Propinquus noſter eſt vir ille, de cognatis noſtris eſt, Ibid. v. 20. *non verò dicit, quòd frater Elimelechi, multò minus Machlonis, fuerit. Et licet fuiſſet frater Elimelechi, ſicut dixit ſuprà; tamen non obligatus fuiſſet ducere Rutham uxorem Machlomi, filii Elimelechi. Quin &* שְׁלִיפַת הַנַּעַל *Detractio illa calcei,* אֵינָהּ הַחֲלִיצָה שֶׁזָּכְרָה הַתּוֹרָה *non eſt Exutio illa, cujus Lex in hoc loco Deuteronomii meminit. Nam Ruth non venit ad Seniores in portam, ad*

2011 Ministerio de Cultura

exuendum calceum de pede vindicis, aut leviri: Hoc autem ipsi facere omninò incubuisset, & dicere; Non voluit Leviratus-jure-ducere me, & inspuere in faciem ipsius, ac dicere; Sic fiet viro, &c. *Horum verò nihil commemoratur in historia Boazi. Insuper, vera extat traditio, si duo fratres fuerint defuncto, & primogenitus illorum noluerit uxorem viduam ducere, minor natu non potuerit id facere. Itaque, si Vindex ille, cujus meminit Boaz, fuit vindex propinquior, de jure non potuit Boas Leviri jus præstare, qui non ita propinquus fuit. Hæc omnia docent, nullum hîc fuisse Leviratus jus vel officium.* In sequentibus ostendit illa ad venditionem, & jus redimendi vel retrahendi patrimonium venditum pertinuisse, & illum ritum explicat. Quia verò illa sunt prolixa, nec hujus loci, ego, illis missis, pergo.

23.

XV. אָחוֹת הָאִשָּׁה *Soror uxoris*, בְּחַיֶּיהָ *vivente ipsâ (uxore)* v. 18. Hunc versum etiam secundum literam intelligunt; quòd prohibeatur *Soror uxoris, vivente uxore*; seu, duas Sorores simul ducere; etiam si prior fuerit expulsa seu dimissa, adhuc tamen in vivis; & inde concludunt, de mortuæ uxoris sororem ducere, permissum fuisse. Majemon. in הלכות אסורי ביאה cap. 2. §. 9. Sepher mitzvoth gádol Num. 108. Sepher hachinnuch fol. 81. 1. Eliciunt id ex addita voce בחייה *In vita ejus*: ejus n. hanc vim esse volunt, quasi diceretur, כָּל זְמַן שֶׁהִיא בַּחַיִּים אֲבָל אַחַר מוֹת הָאַחַת אֵין סָפֵק שֶׁמּוּתָּר לִישָׂא אַחֶרֶת *quandiu ipsa est in vivis: sed mortuâ unâ, non dubium est, quin liceat alteram ducere.* Quin & Abarbenel scribit, per se non esse illicitum, vivente quoque uxore, sororem ejus ducere, sed tantùm quatenus id fit ad affligendam, & ad æmulationem provocandum uxorem priorem, seu, quando istâ digamiâ prior affligitur, & debitis officiis conjugalibus privatur. Verba ejus sunt; וְלֹא אָמַר עֶרְוַת אֲחוֹת אִשְׁתְּךָ שֶׁלֹּא בָּא הַכָּתוּב לֶאֱסוֹר לָאִישׁ בַּק לְצָרוֹר אֶת אִשְׁתּוֹ בְּנִשּׂאוֹ אִשָּׁה עָלֶיהָ וְהוּא אָמְרוּ לְצָרוֹר כִּי אֵין שְׁתֵּי אֲחָיוֹת אֲסוּרוֹת מִפְּאַת עַצְמָן כִּי כְּבָר הָיוּ לְאַלְקָנָה שְׁתֵּי נָשִׁים וְהַכָּתוּב מוֹכִיחַ כִּי תִּהְיֶינָה לְאִישׁ שְׁתֵּי נָשִׁים רַק אָסַר הַכָּתוּב לִהְיוֹת אַחַת יוֹשֶׁבֶת צָרוּרָה שֶׁאֵין בַּעֲלָה נוֹהֵג בָּהּ הָעוֹנָה הָאֲמוּרָה בְּתוֹרָה כְּעִנְיָן וְתִהְיֶינָה צְרוּרוֹת עַד יוֹם מוֹתָם אַלְמָנוֹת חָיוֹת וְעַל כֵּן אָמַר עָלֶיהָ בְּחַיֶּיהָ h. e. *Non dicit hîc Moses*, Nuditatem sororis uxoris tuæ non reteges, (*ut sc. in præ-*

2011 Ministerio de Cultura

in præcedentibus præceptis), quia nihil aliud voluit Scriptura prohibere, quàm ne Vir affligat uxorem suam, quando superinducit ei aliam. Hoc enim sibi vult dum ait, לִצְרֹר Ad affligendum. *Nam per se duæ sorores non sunt prohibitæ; Elkana quippe habebat duas uxores,* (1.*Sam.*1.) *& Scriptura arguit quòd Vir possit duas habere uxores. Itaque prohibere duntaxat vult, ne* (quando hoc fit) *una sit afflicta, & officiis conjugalibus à marito privetur, quæ secundum Legem ei debentur,* (Exod.21.10.) *sicuti nimirum illic* (de concubinis Davidis) *legimus*; Fuerunt afflictæ usque ad diem mortis suæ in viduitate vitæ (h. e. perpetuâ, *quia rex non fuit ingressus ad eas, ut ibidem dicitur*) 2.*Sam.* 20.*v.* 3. Sic Abarbenel. Communis & recepta Hebræorum sententia est, quæ primò producta.

De facto Jacobi, duas sorores vivas ducentis, Genes.29. Hebræi videntur diversimodè sentire. Abarbenel existimat, *Jacobum non reformidasse duas sorores ducere; Amram item amitam suam seu sororem patris sui* (Exodi cap.6.) לְפִי שֶׁעֲדַיִן לֹא נִתְּנָה תוֹרָה וְלֹא נֶאֶסְרוּ הָעֲרָיוֹת *quòd tùm nondum data esset Lex, neque istæ mulieres, quarum hîc mentio, prohibitæ.* Refutat etiam Aben Esram, qui existimavit, Prohibitionem mulierum incestuosarum restrictam quasi fuisse duntaxat ad locum certum, terram Canaan videlicet; ita ut Jacob potuerit ducere duas sorores *in Charan*; & Amram, Jochebdam amitam suam *in Aegypto*, וְלֹא נִטְמְאוּ בָהֶם *sine pollutione: Pollutionem quippe tantùm factam fuisse in terra Canaan*; Hanc, inquam, sententiam dicit esse futilem & nullam, כִּי בְלִי סָפֵק הַטּוּמְאָה וְרוֹעַ הַמַּעֲשֶׂה כּוֹלֵל בְּחָרָן וּבְמִצְרַיִם כְּמוֹ בְּאֶרֶץ כְּנַעַן *eò quòd sine dubio pollutio, & pravitas hujus actionis æqualis fuerit ubique, in Charan, in Aegypto, & in terra Canaan.* Scribit hoc in fine Parafchæ אחרי מות. Cur Deus ita facere eum permiserit, rationes reddit in Genesi, sectione ויצא יעקב fol. 90. col. 3. 4. sed insipidas. Vide eundem circa finem sectionis קדושים, ubi quærit; Cùm in ea sectione, capite sc. 20. Levitici, pœnæ concubituum illicitorum singulorum sint sancitæ, nulla pœna his duobus sit assignata? Id videlicet non factum esse propter Jacobum & Amramum; sed quia in genere comprehenduntur sub iis, quibus pœna כרת seu Excisionis irrogatur. Sic scribit Bechai fol.144. col. 3. הִזְכִּיר אֶת כּוּלָּן חוּץ מִשְׁתֵּי אֲחָיוֹת לִכְבוֹד יַעֲקֹב *Recordatur omnium, exceptis duabus sororibus propter honorem Jacobi.*

2011 Ministerio de Cultura

Hîc tamen faciunt differentiam in hoc & similibus quibusdam gradibus prohibitis, inter Scortationem, & Nuptias. Veluti; *Si quis rem habeat cum muliere & filia ejus, aut cùm uxore & sorore ejus,* דֶּרֶךְ זְנוּת *per scortationem, id non aliter habeatur, quàm si quis rem habuisset* עִם שְׁתֵּי נָשִׁים נָכְרִיּוֹת *cum duabus mulieribus extraneis:* שֶׁאֵין נַעֲשׂוֹת עֲרָיוֹת זוֹ עִם זוֹ אֶלָּא בְּנִשּׂוּאִין לֹא בִּזְנוּת *quia non fiunt incestuosæ istæ cum ista, nisi per desponsationem & nuptias, non per scortationem.* Sic, *si pater vel filius alicujus, vel patruus ejus, vi vel blanditiis compresserint aliquam; is potest* (inquit Majemonides) *sic compressam ducere in uxorem. Ratio, quia de his in textu dicitur* אִשָּׁה Uxor: *atqui ea quam quis per scortationem cognoscit, non est uxor ejus.* Majem. in הלכות אסורי ביאה cap. 2. §. 13. Vide & R. Salomonem ad Lev. 18. 17.

Ibidem §. 14. tradit & hanc regulam: *Si pater aut filius alicujus duxerit mulierem, hic potest ejus mulieris ducere filiam aut matrem* (& sic pater & filius possunt habere matrem & filiam:) Item: *Permissum est, ut quis ducat uxorem filii fratris sui: potest etiam quis ducere mulierem, & filiam sororis ejus, aut filiam fratris ejus.* Permittunt etiam, imò præcipiunt, ut quis ducat filiam sororis suæ, aut fratris sui, ex dicto illo; וּמִבְּשָׂרְךָ *Et à carne tua non abscondes te,* Jesa. 58. 7. Hæc iterum Majemonides dicto loco.

24.

Antequam ad gradus prohibitos posterioris generis progrediamur, pauca tantùm subjiciemus de Pœnis eorum, *qui præcedentes gradus, Lege Divinâ prohibitos violant, seu per desponsationem & conjugium, seu præter hanc, inordinato modo se cum illis commiscendo; ut &* de Causis *graduum horum prohibitorum.*

Pœnæ tales in Lege transgressoribus denuntiatæ, inveniuntur, partim Generales, partim etiam Speciales.

Generalis *pœna, omnibus in genere subjuncta, est* Excidium, *seu* Excisio, *de qua Levit. cap. 18. v. 29. sic legitur: Quisquis fecerit aliquam ex abominationibus istis,* וְנִכְרְתוּ הַנְּפָשׁוֹת הָעֹשׂת מִקֶּרֶב עַמָּם *tunc excindentur animæ facientes talia, ex medio populi sui.* Pœnæ hujus Excisionis seu Excidii, alibi etiam in Lege, variis in locis fit mentio: quid verò per eam intelligatur, &

quò

2011 Ministerio de Cultura

quò referenda sit, diversæ sunt Hebræorum sententiæ. Eas quia diligenter recensuit, &, suo etiam interposito judicio, examinavit doctissimus Abarbenel, ad caput XV. libri Numerorum, versum 30. visum est, illam ejus Diatribam huic nostræ Dissertationi ad finem subjungere, cum versione ejusdem Latina, in gratiam Rabbinismi studiosorum; non quidem quòd ejus sententiæ calculum nostrum additum velimus, vel alios ad eam amplectendam adstringere: sed potiùs, quia hîc in eruendis & producendis Hebræorum de hac materia sententiis versamur, ut, variis propositis opinionibus, Lector judiciosus eam, quæ ipsi magis probabilis videbitur, eligat & retineat, aut, si nulla ei arrideat, saltem, quid Hebræi hac de re sentiant, in compendio ob oculos habeat, nec ignoret. Ad illam igitur Abarbenelis Diatribam Lectorem avidum & benevolum hîc remittimus.

Speciales pœnæ *ferè reperiuntur Levitici capite XX. Hæ sunt pœnæ civiles, quæ præter* כרת *seu* Excidium, *ulteriùs à Magistratu in tales transgressores feruntur, in quibusdam casibus.*

Eas Hebræi referunt partim ad סקילה *Lapidationem*; partim ad שריפה *Vivicomburium*, partim ad חנק *Strangulationem.*

Ad *Lapidationis* pœnam condemnari volunt; Qui rem habet cum Matre, cum Uxore patris, & cum Nuru sua (ut & cum masculo, vel cum jumento, puella item desponsata). Hanc pœnam ex eo eliciunt, quòd Levit. cap. 20. v. 9. 11. 12. 13. 16. in pœnâ talibus denuntiatâ dicatur, דמיהם בם *Sanguis eorum super eos*; vel דָּמָיו בּוֹ *Sanguis ejus super eo.* Scribunt enim, in quocunque loco Lex hac phrasi utitur, ibi Lapidationem intelligendam esse. Eruunt hoc ex eo: quòd ubi de Ariolo & Pythone Lex loquitur, ita scribat, בָּאֶבֶן יִרְגְּמוּ אוֹתָם דָּמֵיהֶם בָּם *Lapidibus obruent eos, sanguis eorum super eos*; Quia nimirum hęc duo hîc conjunguntur, & hæc phrasis Lapidationi subjungitur.

Ad *Ignem* condemnant; Qui rem habet cum Filia sua; Cum filia filiæ, vel filii sui; Cum filia, & filia filiæ vel filii uxoris suæ; Cum socru, vel, cum matre socrus suæ, vel soceri sui; siquidem זמה per superbiam id fecerit, ejusq; rei testes adfuerint.

Ad

2011 Ministerio de Cultura

Ad *Laqueum* seu *Strangulationem*, invenio in ספר החנוך fol. 80. col. 2. condemnatum eum, qui במזיד superbè, & testibus convictus, concubuerit cum uxore fratris patris, vivente patruo. Alii ad hanc pœnam condemnant tantùm *Adulterum*, cum uxore alterius rem habentem, quia sc. absolutè in Adulterii pœna dicitur, מות יומת *Mortis pœnâ afficietur Adulter & Adultera*, Levit. 20. v. 10. Hinc scribit R. Levi ben Gerson ad hunc locum; ראוי שתדע שכל מקום שנאמר מות יומת רל"ת על ידי בית דין וזה מבואר מצד עצם הלשון וכל מקום שנאמר ימות רל"ת בידי שמים ולפי שלא ביארה התורה באיזה מיתה יומתו הנה יחוייב שיומתו במיתה יותר קלה שאפשר לבית דין שימיתוהו בה והוא מבואר ממה שאמרנו בענין הסקילה ולפי שהקלה באלו המיתות הוא חנק הנה יומתו בחנק h.e. *Scire debes, quòd in quacunq; loco dicitur,* Morte afficietur, *id intelligendum sit de Morte infligenda à domo judicii, quod ipsa phrasis & ratio loquendi docet: ubicunque autem dicitur,* Morietur, *intelligendum est id, de Morte cælitùs immittendâ. Quia verò non declarat Lex, quâ morte sint afficiendi* (Adulteri) *sequitur illos afficiendos morte omnium levissimâ, quæ fieri potest: cùm ergo ex supplicius capitalibus Strangulatio sit levissima, Strangulatione mori debent.* Et in סנהג fol. 35. col. 1. scribitur: אין לך עריה בחנק אלא בעולת בעל בולבד *Nulla est mulier in Lege, sub Strangulationis pœna prohibita, nisi mulier Maritata.* Et hanc habent Regulam; כל מיתה האמורה בתורה סתם אינו אלא חנק *Ubicunque in Scriptura absolutè dicitur*, Morte afficietur, *Strangulatio est intelligenda.* Et sic omnes Interpretes. Eatenus itaque Patrui uxoris violator hac pœnâ afficietur, quatenus vivente Patruo cum ejus uxore rem habuerit.

25.

Hîc verò Dubium exoritur; *Cùm Hebræi Legem Mosis, de supplicio Mortis Adulteri & Adulteræ Levit.* 20. 10. *& Deuter.* 22. 12. *quod ibi indefinitè proponitur, de Strangulatione exponant; quomodo Scribæ & Pharisæi, in Evangelio, mulierem Adulteram, in ipso facto deprehensam, ad Christum adducentes, dicant,* ἐν δὲ τῷ νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι. In Lege verò Moses mandavit nobis, ut tales lapidarentur? Johan. cap. 8. v. 5.

Nam a Moses Lapidationis non meminit, sed tantùm dicit; Morte afficietur Adulter & adultera, Levit. 20. 10. *Item;* Morientur ambo illi,

2011 Ministerio de Cultura

bo illi, Vir concumbens cum muliere, & mulier: & tolles malum ex Iſraële, Deut. 22. v. 22.

β *Hebræi* Commentatores in Legem, quos ego vidi, nulli *Adulterium Lapidatione puniendum definiunt, neque etiam in Ritualibus, neque in Talmud. Nam in Talmud Tractatu de Synedriis cap. 7. inter eos, qui Lapidationis pœnâ afficiuntur, Adulterorum nulla fit mentio: ſed inter eos, qui Strangulandi ſunt, diſertè numeratur,* הַבָּא עַל אֵשֶׁת אִישׁ Adulter.

Quomodo igitur illi tàm apertè & exſertè dicunt, Moſes mandavit, ut tales lapidarentur?

℟. Dubium hoc ab Interpretibus Evangeliſtarum non obſervavi vel motum, vel ſolutum.

Sunt qui Lapidationis pœnam, non ſolùm ex iſto loco Johannis, ſed & Eſa. cap. 16. verſibus 38. & 40. inter ſe collatis, eliciunt. Ibi ſic dicit Propheta, v. 38: *Et judicabo te* (Jeruſalem) *judiciis adulterarum, & effundentium ſanguinem, daboq; te ſanguinem iræ & zeli*, v. 40. *Et aſcendere facient ſuper te cœtum, & obruent te lapidibus, & confodient te gladiis ſuis*; ubi Lapidationem referunt ad Judicium Adulterarum. Exiſtimant etiam huic ſententiæ favere Kimchium; ſed fruſtrà, & ſine fundamento. Nam ejus hæc ſunt ad illũ locum verba; *Et lapidabunt te lapide*; כְּמִשְׁפַּט הַמְנָאֲפוֹת שֶׁרוֹגְמִים אוֹתָם בָּאֲבָנִים לֹא שֶׁיְּמִיתוּהָ וְכֵן וַיִּרְגְּמוּ אוֹתוֹ אֶבֶן הַנֶּאֱמָר בְּעָכָן *Secundum judicium adulterarum, quas lapidant lapidibus, non ut morte afficiant eas* (ſed contemptus & ignominiæ causâ, ut ſic ab illa accedenda omnes, tanquam à perſona ſpretâ & infami, abſterreantur; ut ex ſequentibus ejus verbis patet). Sic ſumitur *hæc phraſis*, Et lapidarunt illam lapide, *de Achane dicta, Joſuæ 7. 25.* Ibi ſic legitur; *Dixitq; Jehoſua, Cur turbaſti nos? Turbet te Dominus in die hac, & obruerunt eum univerſus Iſrael lapidibus, combuſſerunteq; eos igni, ac lapidarunt eos lapidibus.* Ad quem locum ſic iterum commentatur Kimchius: *Pater meus b. m. ſcripſit, judicium ipſorum fuiſſe Combuſtionem, ſicut dicitur*; Comburatur igni, ipſe & omnia quæ ejus ſunt, Joſ. 7. v. 15. *Itaque ſic eſſe hæc verba explicanda*, Et lapidarunt eum; *quòd cùm ductus fuiſſet ad rogum, fuerint eum obruentes lapidibus, & lapides in illum conjicientes, ex ira & indignatione adverſus ipſum: & cùm pervenìſſent in vallem Achor, tùm demùm combuſſerint, & lapidârint, &c.* Ex quibus apparet, Kimchium, illum

2011 Ministerio de Cultura

Ezechielis locum non intellexisse de judiciali & capitali Lapidationis pœna, à Magistratu inflictâ: neque in ejus verbis quicquam pro hac sententia adjumenti esse. Locus etiam ipse non ita clarus & explicatus est in hanc rem, si rectè expendatur. Itaq; dubium adhuc suo loco manet.

An dicemus, Mulierem istam fuisse uxorem nondum ductam, sed tantùm desponsatam? Hujus enim supplicium in Mose determinatum erat, ut Lapidaretur, Deut.22.v.23.24. Hinc Paraphrastes Chaldæus Jonathan versum duodecimum capitis decimi Levitici sic transtulit, & declaravit; *Et vir, qui adulterârit mulierem viri desponsatam, aut qui adulteraverit mulierem viri ductam, occidendo occidetur; & quidem propter Mulierē ductā & nuptam, Strangulatione sudarii; propter Desponsatam, Lapidatione, tam adulter, quàm adultera.*

Hac ratione commodè conciliatio institui potest verborum Pharisæorum, cum Mose, & ejus Interpretibus Hebræis: nec video quomodo aliter, si vera sunt verba Scribarum & Pharisæorum illorum de Lapidatione.

De כָּרֵת seu *Excidio* tantùm, sine speciali & civili pœnâ, tenentur reliqui; Soror patris, & Soror Matris: Uxoris soror, Uxor fratris ejus: Uxor fratris patris (mortuo sc. patruo).

26.

De CAUSIS prohibitionum istarum scribit R. Moses ben Majemon, & duas earum reddit in More hannevóchim, parte tertiâ cap. 49. Verba ejus sunt hæc: *Graduum Lege prohibitorum* prima causa *hæc est*, quòd *fœminæ istæ singulæ propemodùm in eadem domo habitant cum Viro illo, cui sunt prohibitæ, promptæ sint ad voluntati ejus obtemperandum, facilè & sine labore ab ipso possint haberi, ac deniq; nemo possit illorum conversationem impedire, aut eos separare, etsi unà inveniantur. Quod si autem eadem esset illarum ratio, quæ aliarum, viro solutarum & liberarum, ut nempe in matrimonium duci possent, nec sub pœna aliqua hoc prohibitum esset, major pars hominum indesinenter in scortationibus viverent. Quia autem omnibus modis, illarum congressus est prohibitus, & quidem sub gravissima comminatione Mortis domus judicii* (à Magistratu) *& Excisionis, neque ulla permissio & licentia hîc speranda est, hinc novit unusquisque, se intentionem & cogita-*

2011 Ministerio de Cultura

cogitationem ſuam ad iſtiusmodi res non debere dirigere. Quod verò ejuſmodi inceſtus facillimè committi & perpetrari poßit, ex iis quæ antè diximus, manifeſtum eſt. Vir enim, qui uxorem habet, ferè ſemper apud ſe habet ejus Matrem, Aviam, Filiam, Neptem, aut Sororem, ſubindeq; in illas incidit, quando exit, ingreditur, & negotia ſua expedit: ſic Uxor frequentiſſimè converſatur cum Mariti ſui Fratribus, cum ejus Patre & Filio: Sic, quòd creberrimè homo verſetur inter ſuas ſorores, amitas, & uxorem avunculi, utpote cum quibus vel inter quos educatur, luce meridianâ eſt clarius. Hi autem omnes ſunt Concubitus propinquorum carnis. *Hæc itaque una cauſa eſt, propter quam* Conjunctio cum propinquis carnis *eſt prohibita.* Altera cauſa *meo judicio eſt, ut Pudor & Verecundia nobis commendetur. Nam quia impudentiæ ſummæ eſt opus iſtud inter Radicem & Ramum (h. e. in Uxorem ducere Matrem & Filiam) idcirco prohibitum eſt matrimonium inter Radicem & Ramum. Neque eſt differentia, ſive Radix Ramum, aut Ramus radicem ducat, vel Radix & Ramus in corporis tertii connubio conveniant, ut ſcilicet aliquis corpus ſuum radici & ramo detegat. Ideò enim prohibitum eſt ducere Mulierem & ejus Filiam, item Uxorem patris, & Uxorem filii, quia iſta ſunt retectio nuditatis corporis unius, nuditati Radicis & Rami. Fratres ſe habent ut radix & Ramus: hinc quia prohibita eſt Soror, prohibita etiam eſt Soror Uxoris, & Uxor fratris: quoniam hæc eſt duorum individuorum, quæ ſunt ſicut radix & ramus, in conjunctione corporis tertii. Præterea, cùm conjunctio Fratrum ſit prohibita, & cenſeantur tamquam Radix & Ramus, quinimò ſicut unum corpus, idcirco prohibitum etiam eſt in uxorem ducere Sororem matris, quæ loco Matris eſt: Sororem item Patris, quæ Patris loco eſt. Quemadmodum autem non prohibita eſt Filia fratris patris, neque Filia ſororis patris: ſic eadem ratione non prohibita eſt Filia Fratris, neque Filia ſororis. Verùm, quòd Frater Patris permiſſus ſit Uxori filii fratris ſui; & quòd Filius Fratris prohibitus ſit uxori fratris patris ſui, id factum eſt propter primam rationem, quam dedimus: quia Filius fratris utplurimùm in domo Fratris patris ſui eſſe ſolet, & familiaritas vel converſatio cum Uxore fratris patris ſui æqualis ipſi eſt, quæ cum Uxore fratris ſui: Frater autem patris non ita frequenter exiſtit in domo Filii fratris ſui, neque tanta familiaritas eſt Fratri patris cum Uxore Filii Fratris ſui. Annon enim vides, quia Pater æquè familiaris eſt cum Uxore filii ſui, ac Filius*

2011 Ministerio de Cultura

cum Uxore ejus, quòd æqualiter & sub eadem mortis pœnâ ambo sint prohibita? Hactenus Majemonides.

27.

Posterioris generis, ex instituto Scribarum prohibitæ, & superioribus additæ, enumerantur sequentes à Majemonide, in הלכות אישות *cap.* 1.

Hæ dicuntur שְׁנִיּוֹת Secundariæ.

I. אֵם אִמּוֹ *Mater matris*, & quidem בְּלֹא הֶפְסֵק indefinitè sursum, videlicet *Mater matris matris, &c.*

II. אֵם אֲבִי אִמּוֹ בִּלְבַד *Mater patris matris ejus sola.*

III. אֵם אָבִיו *Mater patris*: & hæc iterum indefinitè, etiam *Mater matris matris, & patris.*

IV. אֵם אֲבִי אָבִיו בִּלְבַד *Mater patris patris, sola.*

V. אֵשֶׁת אֲבִי אָבִיו *Uxor patris patris*: & hæc iterùm indefinitè, seu in infinitum sursum.

VI. אֵשֶׁת אֲבִי אִמּוֹ בִּלְבַד *Uxor patris matris ejus sola.*

VII. אֵשֶׁת אֲחִי הָאָב מִן הָאֵם *Uxor fratris patris à matre.*

VIII. אֵשֶׁת אֲחִי הָאֵם בֵּין מִן הָאֵם בֵּין מִן הָאָב *Uxor fratris matris, sivè à matre, sive à patre.*

IX. כַּלַּת בְּנוֹ *Nurus filii*: & hęc iterum אֵין לָהּ הֶפְסֵק in infinitum; *Nurus filii filii filii, &c.*

X. כַּלַּת בִּתּוֹ בִּלְבַד *Nurus filiæ, sola.*

XI. בַּת בַּת בְּנוֹ בִּלְבַד *Filia filiæ filii, sola.*

XII. בַּת בֶּן בְּנוֹ *Filia filii filii, sola.*

XIII. בַּת בַּת בִּתּוֹ בִּלְבַד *Filia filiæ filiæ, sola.*

XIV. בַּת בֶּן בִּתּוֹ בִּלְבַד *Filia filii filiæ, sola.*

XV. בַּת בֶּן בֶּן אִשְׁתּוֹ בִּלְבַד *Filia filii filii uxoris, sola.*

XVI. בַּת בַּת בַּת אִשְׁתּוֹ בִּלְבַד *Filia filiæ filiæ uxoris, sola.*

XVII. אֵם אֵם אֲבִי אִשְׁתּוֹ בִּלְבַד *Mater matris patris uxoris, sola.*

XVIII. אֵם אָב אֵם אִשְׁתּוֹ *Mater patris matris uxoris, sola.*

XIX. אֵם אֵם אֵם אִשְׁתּוֹ *Mater matris matris uxoris, sola.*

XX. אֵם אָב אֲבִי אִשְׁתּוֹ בִּלְבַד *Mater patris patris uxoris, sola.*

Quod

2011 Ministerio de Cultura

Quod ſi ergo jam quis deſponſet aliquam Primariarum, quæ עֲרִיוֹת appellantur, אֵין תּוֹפְסִין בָּהּ קִדּוּשִׁין *Deſponſatio non eſt firma & rata*, ac proinde nec libello repudii opus ad ſeparationem: ſi verò aliquam שניות ſecundariarum, deſponſatio valet, quamvis minus habeatur honeſta & legitima, & opus eſt libello repudii, ad ejus abolitionem: Majemon. in הלכות אישות cap. 4. §. 12. & 14.

28.

Poſteaquam quis fœminam aliquam legitimè deſponſavit, prohibitæ ei ſunt deinceps ſex perſonæ ex propinquis ejus fœminæ perpetuò; ſive eam per nuptias ſimul domum deduxerit, ſive repudiarit, & quidem eâ ſeu vivente ſeu mortuâ. Hæ ſunt autem ſex illæ perſonæ; *Mater illius, Avia illius paterna, Avia illius materna, Filia ipſius, Filia filiæ ipſius, Filiæ filii ejus.* Si cum harum aliqua, vivente uxore, rem habuerit, comburuntur ambo; ſi poſt ejus mortem; incumbit eis pœna כָּרֵת *Excidii, Exterminii*, non verò ſupplicium capitale à Magiſtratu. Majemon. in הלכות אסורי ביאה cap. 2. §. 7. 8. Eadem eſt ratio *Sororis uxoris vivente uxore*, quæ ſex illis addenda.

Qui verò cum fœmina aliqua ſcortatur, ei non ſunt prohibitæ ſeptem iſtæ fœminæ; Sapientes tamen prohibuerunt hujuſmodi conjugia, vivente ſcorto, Idem Ibid. §. 11. Vide & ספר החנוך fol. 79. col. 2.

29.

Secundò ſunt ex Lege Dei, perſonæ quædam Judæis prohibitæ Sanctitatis causâ, extra rationem Conſanguinitatis vel Affinitatis.

Dicuntur ab Hebræis אִסּוּרֵי קְדוּשָּׁה *Prohibitiones ſanctitatis.* *Harum in Lege numerantur novem;*

I. *Vidua.* Hæc prohibita eſt Sacerdoti ſummo, Levit. 21. v. 14.

II. *Repudiata, Meretrix, & Profana*, Sacerdoti ſummo & communi; Ibidem v. 7. 14.

Prophana, Hebraicè dicitur חֻלָּה. Quid verò per חֻלָּה intelligendum, non per omnia conſentiunt Interpretes noſtri. Di-

2011 Ministerio de Cultura

cam, quomodo Hebræi eam definiant. Majemonides in הלכות אסורי ביאה cap. 19. §. 1. אי זו היא חללה זו שנולדה מאיסור כהנה שנבעלה לכהן נתחללה וכו' Quęnam est חללה? *Ea quæ nata est ex persona prohibita Sacerdotio* (seu, familiæ Sacerdotali). *Item si aliqua ex illis fœminis, quæ Sacerdotibus prohibitæ sunt, quacunque ratione compressa fuerit à Sacerdote, illa* נתחללה *prophana facta est, quamvis Sacerdos ipse, qui transgressionem commisit, non prophanus factus sit; Ita quidem, si Sacerdos fuerit annorum novem & diei unius, & ultra; ista verò persona ei prohibita, annorum trium, diei unius, vel ultrà. Quomodo? Ex. gr. Sacerdos* (seu, aliquis de familia Sacerdotali) *novennis, rem habens cum Repudiata, aut cum Meretrice trienne; Sacerdos item magnus rem cum his habens, aut cum vidua; aut ducens jam maritatam vel compressam & congrediens cum ea; istæ personæ omnes* נתחללו *factæ sunt prophanæ in perpetuum: Et si ex tali progenuerit filium, sive idem ille qui eam prophanam fecit, sive alius, filius seu infans ille itidem est* חלל *prophanus, &c.* Videri ibi possunt plura, quænam personæ videlicet in specie huc referendæ, & quæ non. Sic in Sepher mitzvoth gadol, Præcepto negativo 121. fol. 42. a. & in Sepher hachinnuch folio 110. 2. חללה תקרא שנולדה מפסולי כהנה כגון בת אלמנה מכהן גדול או בת גרושה מכהן הדיוט, או שנתחללה על ידי ביאת אחד מן הפסולין לכהנה h. e. חללה *Prophana vocatur quæ est genita ex persona Sacerdotibus prohibitâ; veluti est Filia viduæ genita à Sacerdote magno; Filia repudiatæ, à Sacerdote vulgari: aut, quæ prophana facta est, per congressum alicujus ex iis qui inepti sunt ad Sacerdotium.* Eadem habet R. Salom. in Comment. Levit. 21. 7. R. Bechaj, R. Levi ben Gerson. Huc respicit Paraphrastes Chaldæus Jonathan, vocem hanc ita reddens; ודאתילידא מן פסוליא *Et quæ genita est ex prophanis* (sc. ad Sacerdotium). Abarbenel paulò laxiùs: חללה המחללת את כבודה או שהיא בת חלל או אשת מחולל או שחללה כהן פסול h. e. Chalalah est, *quæ prophanat honorem suum, aut quæ est filia prophani, aut uxor prophanati, aut quam prophanam fecit Sacerdos illegitimus, prophanus.* In priorem sententiam consentiunt omnes.

III. *Spuria, Israëlitæ cuivis: &*

IV. *Filia Israëlis (honesta & legitima) Spurio,* Deut. 23. vers. 2.

2011 Ministerio de Cultura

vers. 2. *Non ingredietur spurius congregationem Domini, &c.* Id est לא יִשָּׂא יִשְׂרְאֵלִית *Non ducet Israëlitidem.* Sic explicant Hebræi istam phrasin in isto capite. Unde & Targumista Jonathan, לָא יְדַכֵּי לְמִסַּב אִתְּתָא כְּשֵׁרָא מִקְּהָל עַמָּא דַיְיָ *Non dignus erit accipere uxorem honestam ex congregatione populi Dei.*

V. *Filia Israëlis Ammonitæ & Moabitæ.* Ibid. v. 3.

VI. *Filia Israëlis* לְפִצּוּעַ דַּכָּא *qui Græcis* Θλαδίας. Ibid. v. 1.

VII. *Filia Israëlis* לִכְרוּת שֶׁפְכָּה Ἀποκεκομμένῳ. Ibid.

VIII. *Repudiata ab aliquo, posteaquam alteri est nupta.*

IX. *Fratria alieno, dum Levir ejus potestatem habet eam ducendi.*

Hæ personæ simplici interdicto sunt prohibitæ; sine addita sanctione, vel pœna Excisionis: unde & אִסּוּרֵי לָוְאִין *Prohibitiones simplices* vocantur. Hinc etiam, si desponsatio cum illis per cætera ritè fiat, non tollitur, sed manet.

30.

De Causa harum prohibitionum scribit Majemon. in More nevóchim par. 3. cap. 49. *Ne is qui contusione fractos, aut abscissos testiculos habet, ducat Israëlitidem, prohibitum est, propterea quòd tale conjugium sit inutile & inane, & quòd nuptiæ tales offendiculo sint tum ipsi Virgini, tum illis qui requirunt eam. Ne Spurius ducat filiam Israëliticam, vitandæ scortationis causâ factum, ut ita adulteri videant, se totam suam familiam irreparabili labe affecturos, si actum ejusmodi infamem perpetrent. Et sanè propter contemptum Spuriorum, in omni lingua & natione, semper in honore fuit habitum semen Israëlis; eò quòd se nunquam cum illis commiscuerint. Propter honorem verò & dignitatem Sacerdotum factum est, quòd Sacerdotibus, Scorta, Repudiatas, & Profanas ducere non licuerit: Sacerdoti autem magno, qui præcipuus & summus erat Sacerdos, Vidua quoque, & quæ jam maritum experta est, fuit prohibita. Horum omnium rationes sunt manifestæ.*

31.

Tertiò prohibitæ sunt ex Lege, personæ quædam Status & conditionis suæ ratione, & quidem tàm Spiritualis, quàm

2011 Ministerio de Cultura

quàm Corporalis. Spiritualis ſtatus reſpectu prohibita eſt Deſponſatio Judæi cum fœmina Gentili ſeu Chriſtiana (non Judææ) & vice versâ Chriſtiani (ſeu non Judæi) cum Judeâ: aut ſi talis deſponſatio fiat, caſſa eſt & irrita. Corporalis ſtatus ratione prohibita ſunt ſponſalia Servi vel Ancillæ, cum Libera vel libero. Majemon. in הלכות אישות cap. 4. §. 15. הַמְקַדֵּשׁ כּוּתִית אוֹ שִׁפְחָה אֵין קִדּוּשִׁין אֶלָּא הֲרֵי הִיא כְּאַחַר קִדּוּשִׁין כְּמוֹ שֶׁהָיְתָה קוֹדֶם הַקִּדּוּשִׁין, וְכֵן כּוּתִי וְעֶבֶד שֶׁקִּדְּשׁוּ בַּת יִשְׂרָאֵל אֵין קִדּוּשֵׁיהֶן קִדּוּשִׁין *Qui deſponſat Cuthæam*, (fœminam gentilem, infidelem) *aut Ancillam, ejus deſponſatio nulla eſt, ſed eſt ipſa* (fœmina) *ſicuti fuit antea: ſic* Cutheus (Gentilis, non-Judæus) *& Servus, deſponſantes filiam Iſraëliticam, nihil faciunt, deſponſatio eorum nulla eſt.* Sic alii. Hinc ſcribit etiam R. Levi ben Gerſon ad Levit. 10. v. 10. לֹא יִשָּׁלְמוּ תְּנָאֵי הָאִשּׁוּת בְּבוּלַת בְּנֵי בְרִית *Non adimplentur conditiones conjugii in illis qui non ſunt filii fœderis.* Interdictum prius de Infidelibus & extraneis, fundant in Lege Deuteron. 7. v. 3. *Non junges te affinitate cum eis: filiam tuam non dabis filio ejus, & filiam ejus non accipies filio tuo*; *Avocabit enim filium tuum ne eat poſt me, & colent Deos alienos*; Confer Exod. 23. 32. & 34. 15. 16. כִּי אַף עַל פִּי שֶׁאָמַר זֶה בְּשִׁבְעָה גּוֹיִם הוּא הַדִּין לְכָל שְׁאָר אוּמּוֹת אֶלָּא לְפִי שֶׁהָיוּ בָאִים בְּאָמְצָעִם הִזְהִירָם עֲלֵיהֶם; אֲבָל אִם הָיָה מֵשִׁיב אוֹתָם לְדָת יִשְׂרָאֵל לֹא הָיָה אָסוּר אִם הָיוּ מִתְגַּיְּרוֹת מִלֵּב שָׁלֵם לֹא מֵחֲמַת יִרְאָה וְאַהֲבָה *Nam etiamſi hoc dicat Moſes duntaxat de ſeptem gentibus Cananæis, idem tamen eſt judicium de cæteris gentibus; de his verò in ſpecie prohibuit eis, quòd tunc ingrederentur in terram illarum. Quòd ſi vero quis eas convertat ad religionem Judaicam* (ante ſponſalia) *non eſt prohibitum; ſiquidem ex corde ſyncero & integro ſe convertant, non ex timore vel amore*, ſcribit R. David Kimchi ad 1. Reg. 11. verſ. 1.

Hinc dicunt de Samſone, filiam Philiſtæam Thimnathæam, Judic. cap. 14. & de Rege Salomone, plures mulieres alienigenas amante & ducente, 1. Reg. 11. quòd non priùs eas duxerint, & per ſponſalia ſibi junxerint, quàm proſelytæ factæ, & ad fidem Judaicam converſæ eſſent. Sic ſcribit R. Levi ben Gerſon de Samſone; אָמְרוּ רַ"זַל כִּי גְּיֵרָה תְּחִלָּה כִּי חֲלִילָה לְמִי שֶׁהוּא שׁוֹפֵט יִשְׂרָאֵל שֶׁיִּתְעָרֵב בִּבְנוֹת הָעֲרֵלִים וְיִהְיֶה עוֹבֵר בְּמָה שֶׁהִזְהִירָה הַתּוֹרָה מִלְּהִתְחַתֵּן

2011 Ministerio de Cultura

מִלְּהִתְחַתֵּן בָּם כְּשֶׁהוּא שֶׁהָיָה נְזִיר אֱלֹהִים h. e. *Rabbini noſtri dicunt, quòd eam priùs proſelytam fecerit. Abſit enim ab eo, qui eſt Judex in Iſraele, ut ſe polluat filiabus incircumciſorum, & tranſgrediatur id quod Lex prohibuit, affinitatem ſc. cum illis contrahere; præſertim is, qui fuit Naſireus Dei.* Idem ſcribitur in Keli Jákar. Huc trahunt verba illa Simſonis, ad Parentes ſuos dicentis; קְחוּ אוֹתָהּ לִי לְאִשָּׁה *Accipite eam mihi in uxorem*; quaſi voluiſſet dicere; גיירוה *Facite eam proſelytam, & præparate eam ita, ut poſitis eam mihi accipere in uxorem.*

Eodem modo excuſant ex parte Salomonem; quamvis ne ſic quidem ab omni peccato eum abſolvant. Sunt, qui hoc etiam ad excuſationem Salomonis adferant, quòd bonam habuerit hac in re intentionem, gloriam videlicet Dei; כִּי הָיָה תַכְלִיתוֹ לְהַכְנִיעָם תַּחַת עֲבוֹדַת יי וְיִרְאָתוֹ כְּדֵי שֶׁיִּהְיוּ כָּל הָעַמִּים קוֹרִים בְּשֵׁם יי וְנִכְנָעִים אֶל הַמֶּלֶךְ *Finem enim hunc ſibi propoſitum habuiſſe, quò eas ad cultum verum Dei, ejuſq; timorem adduceret, ut omnes populi invocent Nomen Domini, imò etiam per hujuſmodi affinitates populos ipſos tandem ſibi ſubjiceret:* ſed malè ei ceſsiſſe, neq; eventum voto ejus reſpondiſſe. Vide Keli Jákar.

Sic exiſtimant etiam nonnulli, duos filios Elimelechi, Ruth cap. 1. non duxiſſe uxores Moabitidas, Orpam & Rutham, niſi prius proſelytas factas. Concludunt hoc ex eo, quod v. 15. de Orpa dicitur; *Et reverſa eſt ad populum ſuum, & ad Deos ſuos.* Hoc ſcribit Aben Eſra, eſſe teſtimonium, שנתגיירו *quod priùs ad Judaiſmum converſæ fuerint.* Paraphraſtes tamen Chaldæus putat illos peccaſſe. Sic enim transfert verſum quartum & quintum: וַעֲבַרוּ עַל גְּזֵרַת מֵימְרָא דַיְיָ וּנְטַלוּ לְהוֹן נְשִׁין נוּכְרָאִין מִן בְּנָת מוֹאָב וכו' וְעַל דַּעֲבַרוּ עַל גְּזֵרַת מֵימְרָא דַיְיָ וְאִתְחַתְּנוּ בְּעַמִּין נוּכְרָאִין אִתְקְטַעוּ יוֹמֵיהוֹן וּמִיתוּ אַף תַּרְוֵיהוֹן *Et tranſgreſſi ſunt mandatum Domini, & acceperunt ſibi uxores alienigenas ex filiabus Moab, &c. Et quia tranſgreſſi ſunt verbum Domini, affinitatem contrahendo cum populis alienigenis, ideo abſciſſi ſunt dies eorum, & mortui ſunt ambo, &c.* Sic ſcribitur in Medraſch Ruth: לֹא גִּיְּרוּם וְלֹא הִטְבִּילוּם *Neq; proſelytas fecerunt, neq; baptizarunt eas prius.*

Abarbenel putat diſparitatem hanc conjugiorum, etiam inter primi Mundi peccata fuiſſe. Nam quod Geneſ. cap. 5. v. 2. dicitur; *Et viderunt* Filii Dei, Filias hominum, *quòd pulchræ eſſent,*

2011 Ministerio de Cultura

& acceperunt sibi uxores, ex omnibus quas elegerunt, id dicit, sic posse quoque explicari, ut per *Filios Dei* intelligantur *Filii Séthi*, cujus filii sic vocantur propter ipsius Pietatem, Justitiam & fidem; per *Filias hominum* verò *Filiæ Kaini*, & feminis ejus, qui agricola fuit, &c.

32.

Videtur etiam huic Legi repugnare alia, in qua permittitur, *Mulier formosa* (alienigena, & infidelis) *in bello capta*, à Victore in uxorem duci, Deut. 21. v. 10. 11. & seqq. *Cùm egressus fueris ad bellum contra inimicos tuos, & dederit eos Dominus Deus tuus in manum tuam, & ex eis captivos abduxeris: videris autem in captivitate mulierem pulchram formâ, & deamaveris eam, & acceperis tibi in uxorem, &c.*

Respondent Hebræi quidam; hîc nullum esse præceptum, neque concessionem rei licitæ, sed Permissionem, vel Conniventiam, Tolerantiam, pravitati & concupiscentiæ malæ illorum, quæ vix coerceri poterat, indultam, ex qua non concludi potest, rem esse per se bonam, aut à Deo concessam, sed potiùs contrarium. Vide infrà quoq;. Hinc scribit R. Salomon, ex Talmudicorum mente, Kidduschin cap. 1. לֹא דִבְּרָה תּוֹרָה אֶלָּא כְּנֶגֶד יֵצֶר הָרַע אִם אֵין הקב"ה מַתִּירָהּ יִשָּׂאֶנָּה בְּאִיסּוּר h. e. *Non loquitur hîc Lex, nisi ratione concupiscentiæ malæ: nam si Deus non liberum fecisset, tamen etiam contra interdictum duxissent*, לְתוֹקֶף יֵצֶר לֵב הָאָדָם רָע *propter duritiem vel vehementiam concupiscentiæ malæ cordis humani*, uti additur in Sepher החנוך: *quod si tamen duxerit quis talem, tandem odio habiturus est eam, sicut in versu mox sequente 15. dicitur*; Quùm fuerint viro duæ uxores, una dilecta, altera exosa, &c. *quinimò tandem etiam ex ea suscepturus est filium declinantem & rebellem, unde lex quoque ista statim sequitur v. 18.* Quum habuerit quis filium declinantem & rebellem. Idem scribit Abarbenel ad Deut. 17. v. 14. R. Levi ben Gerson scribit: עָשְׂתָה הַתּוֹרָה נָחַת רוּחַ לְיִצְרוֹ *Indulsit Lex aliquid concupiscentiæ, si sc. nimio amore contra talem exarserit, non quòd res licita fuerit.* Petita sunt ista ex Talmud Kidduschin cap. 1. folio 21. col. 1. ubi idem locus iisdem verbis, sed latiùs, explicatur, & inter alia additur; מוּטָב שֶׁיֹּאכְלוּ יִשְׂרָאֵל בָּשָׂר תְּמוּתוֹת שְׁחוּטוֹת וְאַל יֹאכְלוּ בָּשָׂר תְּמוּתוֹת נְבֵילוֹת *Satius est, ut Israëlitæ comedant carnem occisarum bestiarum mactatarum* (etiamsi sit illegitima)

2011 Ministerio de Cultura

ma) *quàm morticinorum.* Neque etiam absolutè volunt concessam fuisse, sed cum conditionibus ibi positis, inprimis verò ut eam proselytam seu Judæam faciat, antequam ducat. Talem mulierem dicunt fuisse Maacham, uxorem Davidis, ex qua genitus est Absalom, & hinc etiam pravam Absalomi indolem derivatam esse. R. David Kimchi ad 2. Sam. 3. v. 3. אַבְשָׁלוֹם בֶּן מַעֲכָה דְּרשׁוּ בוֹ כִּי לְפִי שֶׁהָיְתָה בֶּן יְפַת תּוֹאַר שֶׁלָּקְחָהּ דָּוִד בַּמִּלְחָמָה לְפִיכָךְ הָיָה אַבְשָׁלוֹם סוֹרֵר וּמוֹרֶה בְּאָבִיו כִּי לְכָךְ נִסְמְכָה פָּרָשַׁת סוֹרֵר וּמוֹרֶה לְפָרָשַׁת יְפַת תּוֹאַר לוֹמַר לְךָ כָּל הַנּוֹשֵׂא אוֹתָהּ אוֹ אִשָּׁה שֶׁאֵינָהּ הֲגוּנָה יוֹצֵא מִמֶּנָּה בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה, וְנָכוֹן הוּא הַדָּרוּשׁ כִּי מֵאַחַר שֶׁהָיָה שִׁבּוּיָה הֲרֵי הִיא כְּמוּכַרַחַת לָשׁוּב לְדַת יִשְׂרָאֵל וְלִבָּהּ לֹא נָכוֹן אֶל הַדָּרֶת וְהַנֵּטַע יוֹצֵא דְּמוּת הַשּׁוֹרֵשׁ h. e. Absalom filius Maachæ] *Super hæc verba commentantur; quòd ideò, quia fuerit Absalom filius pulchræ* (*de qua* Deut. 21. v. 10.) *ductæ à Davide in bello, ideò, inquam, fuerit contumax & rebellis patri suo: Hac de causa volunt continuò subjungi Legem de Filio contumaci & rebelli, Legi De formosa muliere in bello captâ, ad docendum, quòd si quis talem, vel uxorem aliâs illegitimam, duxerit, habiturus sit ex ea filium contumacem & rebellem. Et recta est hæc expositio: nam, cùm in bello capta sit, est quasi coacta ad Legem Israelis* (*religionem Judaicam*), *neque cor ejus rectum est ad Legem; & surculus inde egreditur similis radici.* Hactenus ille.

33.

Quartò; Aetas etiam non justa impedimento esse potest: Minorennis enim non potest desponsare sine scitu Parentis: si faciat, desponsatio nulla est. Majemon. l. cit. §. 7. קָטָן שֶׁקִּדֵּשׁ אֵין קִדּוּשָׁיו קִדּוּשִׁין *Minorennis qui desponsat, ejus desponsatio nulla est. Filia*, Minorennis censetur donec compleverit duodecim annos, & sex menses: usque ad annum decimum vocatur קְטַנָּה *Minorennis*, item תִּינוֹקֶת: Inde usque ad completum annum 12. & diem unum, vocatur נַעֲרָה: completis 12. annis & sex mensibus, בּוֹגֶרֶת *Puber*: Sic Filius, usque ad completum 13. annum vocatur קָטָן, item תִּינוֹק: à completo decimotertio anno & die uno, vocatur גָּדוֹל *Majorennis*, item אִישׁ *Vir*. Hi termini observandi.

34.

Quintò, arcentur quædam personæ à Sponsalibus ob *Vitia* & *Defectus* quosdam *naturæ*: Veluti שׁוֹטָה *Stultus* seu *Amens*; Item

2011 Ministerio de Cultura

חֵרֵשׁ & חֵרֶשׁ *Mutus & muta.* Sed *Eunuchus*, qui desponder, & אֵילוֹנִית Sterilis, nulla fæcunditatis signa habens & producens, quæ desponderur ; horum desponsationes sunt קִדּוּשִׁין גְּמוּרִין absolutæ & perfectæ. Majemon. cap. 4. §. 9. 10. *Androgyni & Hermaphroditi*, si vel desponderant, vel desponderantur, הֲרֵי אֵלּוּ קִדּוּשֵׁי סָפֵק sunt sponsalia dubia. Ibid. §. 11.

35.

Sextò ; Viduam aut repudiatam, nemo potest sibi desponsare, nisi tribus, à quo vidua facta, vel repudiata est, exactis mensibus ; ut sc. interea cognoscatur, utrum gravida sic necne. Majemon. in הלכות גירושין cap. 21. §. 19. Quod si qua, lege hac neglectâ, intra trium illorum mensium spatium, alteri nupserit, & à mariti morte post novem elapsos menses pariat, & inde incertum evadat, num ille partus sit novimestris, ex priore marito, an septimestris, ex posteriore ; tùm infans ille, ceu סָפֵק *dubius*, neutrius est hæres : quod si moriantur, ex æquo hæreditatem ejus partiuntur maritus prior & posterior, Majemon. in הלכות נחלות cap. 5. Viduam verò Gravidam, vel lactentem, nonnisi post viginti quatuor menses, qui computandi in Gravidâ, à die nativitatis infantis ; in Lactente, à die mortis mariti, etiam si filium nutrici lactandum dederit : quod si verò infans moriatur, licita est, & libera : שֶׁמָּא יָזִיק הַוָּלָד בְּשָׁעַת תַּשְׁמִישׁ שֶׁאֵינוֹ מַקְפִּיד עַל בֶּן חֲבִירוֹ : וּמְנִיקָה שֶׁמָּא יִתְעַבֵּר הֶחָלָב וְהוּא אֵינוֹ מַקְפִּיד לְרַפְּאוֹת הֶחָלָב בִּדְבָרִים הַמּוֹעִילִין לְחָלָב כְּשֶׁיִּתְעַבֵּר Licet enim, *inquit*, constet, cujus sit infans, tamen de hoc cautum est, propter meliorem curam infantis, & ne quod ipsi periculum creetur : quia alius non eam quam decet curam, geret pro filio proximi sui. Majemon. הלכות גרושין cap. 11. §. 25.

36.

Septimò : Ebrius, qui desponsat aliquam, ejus desponsatio valida est. Eadem est enim ejus ratio, quæ sobrii : מְקַחוֹ מֶקַח Emptio ejus habetur pro emptione, וּמִמְכָּרוֹ מִמְכָּר & Venditio ejus habetur pro Venditione : Si flagitium committat mortis pœnâ piandum, morte afficitur : si fustigatione, fustigatur, &c. Nisi tamen in summo Ebrietatis gradu constitutus fuerit, ut Loth : de quo cognoscendum. Majemon. l. c. §. 18.

37. *Error*

2011 Ministerio de Cultura

37.

Error circa Perſonam commiſſus, Deſponſationem ritè factam non tollit; Veluti, ſi quis Deſponſet aliquam, exiſtimans eam eſſe hujus vel illius familiæ, & ſit alterius; vel quam putet eſſe divitem, & poſtea reperiatur pauper, aut vice versâ. Talis verè Deſponſata cenſetur: quia illa non ſeduxit ipſum. Eadem vice versâ eſt ratio de Muliere, ſi ipſa erraverit circa perſonam viri, quia ille ipſam non ſeduxit. Talm. Kidduſchin cap. 3. §. 5. in Miſchna; הַמְקַדֵּשׁ אֶת הָאִשָּׁה וְאָמַר כְּכֹהֵן הָיִיתִי שְׁחִיא כֹהֶנֶת וְהֲרֵי הִיא לְוִיָּה לְוִיָּה וְהֲרֵי הִיא כֹהֶנֶת עֲנִיָּה וְהֲרֵי הִיא עֲשִׁירָה עֲשִׁירָה וְהֲרֵי הִיא עֲנִיָּה וְהֲרֵי זוּ מְקוּדֶּשֶׁת מִפְּנֵי שֶׁלֹּא הִטְעָתוּ *Qui deſponſat aliquam, & poſtea dicit; Exiſtimavi eam eſſe de genere Sacerdotali, & ecce eſt de Levitico; de Levitico, & ecce eſt de Sacerdotali; Pauperem, & ecce eſt dives; Divitem, & ecce eſt pauper; talis deſponſata manet, quia illa non ſeduxit ipſum, &c.*

38.

Pater, poteſtatem habet Deſpondendi filiam ſuam minorennem, cuicunque voluerit, imò eam poteſt cogere & dicere, צֵא וְקַבֵּל קִדּוּשַׁיִךְ *Egredere, & accipe ſponſalia tua*; attamen אֵין רָאוּי אֶלָּא מִצְוַת חֲכָמִים שֶׁלֹּא לַעֲשׂוֹת כֵּן יְקַדֵּשׁ אָדָם בִּתּוֹ כְּשֶׁהִיא קְטַנָּה עַד שֶׁתַּגְדִּיל וְתֹאמַר לְהַלּוֹנִי אֲנִי רוֹצָה *non decorum eſt ita facere; ſed Præceptum ſapientum eſt, ne quis deſponſet filiam ſuam minorennem, antequam adoleverit, & dicere poſſit, Ego volo hunc* N. Sed neque Vir debet talem aliquam, à Parente ſibi oblatam, deſpondere. Sic *Majemonides* l. c. c. 3. §. 11. & 19. Et ſi filiam, quæ minorennis & impubes eſt, deſpondeat ipsâ inſciâ, רְשׁוּתָהּ בְּיָדָהּ *tum penes ipſam eſt facultas* in hac deſponſatione acquieſcere, vel non, poſteaquam ad pubertatis annos venit, & majorennis facta eſt: quia Filiam puberem & majorennem non poteſt Pater inſciam & invitam deſponſare, ſed eadem eſt ejus ratio quæ Mulierum שֶׁאֵינָם מִתְקַדְּשׁוֹת אֶלָּא לְדַעְתָּן *quæ non deſponſantur, niſi ſcientes volentes.* Ibid. §. 12. adeò ut, ſi filia pubes inſcio parente ſe deſponderit, & arrham deſponſationis acceperit, id ratum habeatur. Quod ſi Filia ſe deſponderit, antequam pubuerit, inſcio Parente, iſtiuſmodi Deſponſatio nulla cenſetur; quantumvis Pater, poſteaquam de ea reſcivit, in eam conſenſerit. Idem Ibid. §. 13.

2011 Ministerio de Cultura

39.

Mulier non desponsatur nisi Viro uni : sed Vir plures potest desponsare mulieres; & quidem vel simul, vel successivè, Col-bo fol.86. col.4. Majemon. in הלכות אישות cap.14.§.3. *Ita tamen,* וְהוּא שֶׁיִּהְיֶה יָכוֹל לִיתֵּן שְׁאֵר כְּסוּת וְעוֹנָה כְּרָאוּי לְכָל אַחַת וְאַחַת *ut possit singulis suppeditare victum & amictum, debitum item conjugale reddere : sed non potest cogere eas , ut unà habitent in eodem conclavi, sed singulis peculiare cogitur dare cubiculum, vel ædes peculiares.* Sic POLYGAMIA apud illos licita habetur, eam tamen hodiè vix ullibi amplius usurpare solent. Quamvis interea fateri cogantur *ab initio non ita fuisse*, & ex mala Scaturigine, & ab authore non laudato, suum ortum duxisse; neque etiam optimè ei cessisse. Sic enim scribit Abarbenel de Lamecho, Caini sobole, qui primus legitur duas Uxores duxisse; Genes.4. זְכַר הַכָּתוּב שֶׁלֶּמֶךְ לָקַח לוֹ שְׁתֵּי נָשִׁים לְהוֹדִיעַ שֶׁלְהוֹט הָיָה אַחַר בּוּלְמוּס שֶׁל עֲרָיוֹת : כִּי כוּלָּם אָכְלוּ מֵעֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע אָכוֹל וְשָׂבוֹעַ וְהוֹתֵר וְלָכֵן לֹא נִסְתַּפֵּק לָמֶךְ בְּאִשָּׁה אַחַת כְּמוֹ שֶׁנִּסְתַּפֵּק אָדָם וְהֶבֶל וְקַיִן אֲבָל לָקַח לוֹ שְׁתֵּי נָשִׁים וְהָיָה מִשְׁפָּט אֱלֹהִי שֶׁנִּלְקָה עַל יָדֵיהֶם h. e. *Memorat Scriptura, quòd Lamech acceperit sibi duas uxores, ut indicet, illum insatiabili cupiditate Venereâ flagrasse : quia omnes comederant de Arbore scientiæ boni & mali, & quidem abundantissimè : hinc non sufficit Lamecho uxor una, sicuti unâ contenti fuêre Adam, Abel, & Kain; sed accepit duas, per quas ex singulari judicio divino postmodum vapulavit, & punitus fuit.* Porrò in Bereschith rabba sect.23. scribitur, morem hunc fuisse hominum antediluvianorum, ut binas uxores ducerent, & earum unam fuisse לְתַשְׁמִישׁ *ad concubitum duntaxat & voluptatem*; alteram, לְפִרְיָה וְרִבְיָה *prolis gratiâ :* illi ne conciperet, propinatum fuisse poculum Sterilitatis, ut sterilis efficeretur : illam fuisse semper ornatam, instar meretricis coram eo : hanc, semper coram eo fuisse contemptam, instar viduæ, &c. Sed Scriptura testatur, ambas Lamechi uxores, Adam & zillam, fœcundas fuisse & liberos peperisse. Hinc scribit R. Isaac ben Aramah, in עקדת יצחק fol.30. col.2. וּמֵהַתִּימָה שֶׁהֲרֵי כְתִיב וְצִלָּה גַּם הִיא יָלְדָה וכו' וְצָרִיךְ שֶׁיֹּאמְרוּ שֶׁשָּׁתְתָה וְלֹא הוֹעִיל *Mirum hoc est, cùm scriptum sit*; Et zilla genuit ipsa quoque, Genes.4.v.22. *Dicendum ergo ipsis, eam bibisse illud poculum, sed nihil ei profuisse, &c.* Postea mentem Rabbinorum horum ita explicat; *Solitos fuisse homines illius*

2011 Ministerio de Cultura

lius ſæculi duas uxores ducere; Unum ad conſervationem ſpeciei; & talem fuiſſe Adam apud Lamechum; alteram ad quævis miniſteria obeunda apud virum, & propterea, ut ad illa tantò aptior eſſet, potum ſterilitatis ei fuiſſe exhibitum, ne aliis muniis implicaretur, & occuparetur, &c. Ita לְתַשְׁמִישׁ erit, *Ad Miniſterium*; non *Ad concubitum*, in verbis illis ex Bereſchith rabbah. Sic ſcribit R. Bechaj, Zillam peperiſſe עַל כָּרְחוֹ *invito Lamecho*, & præter ejus ſpem & opinionem, Deo ſic volente, ut artes, quas adhibuit pro ſterilitate inducenda, nihil profuerint. Quamvis autem Polygamiam conceſſam & licitam eſſe credant Judæi, hodiè tamen non eſt amplius uſitata inter Judæos Europæos, niſi alicubi in Oriente, ut Leon Modena ſcribit, in Hiſtoria Rituum Hebraicorum; & fortaſsis aliquando, ubi quis per multos annos cum uxore vixit, à qua nullos ſuſcipere potuit filios.

40.

Deuteronomii cap. 17. v. 17. extat præceptum *Regi* datum; לֹא יַרְבֶּה לּוֹ נָשִׁים *Non multiplicabit ſibi uxores*, quod verò Hebræi non ita reſtringunt, ac ſi etiam ipſa digamia Regi prohiberetur, ut præcisè non plures uxores unâ habere ei licuerit; ſed nimiam duntaxat multitudinem inhiberi exiſtimant; ſicut nimirum, quod in præcedenti ejus verſus lemmate dicitur, לֹא יַרְבֶּה לּוֹ סוּסִים *Non multiplicabit ſibi equos*; non ita accipiendum, ac ſi nonniſi unum ei licuiſſet alere equum. In Talmud Sanhedrin cap. 2. in Miſchna: לֹא יַרְבֶּה לּוֹ נָשִׁים אֲפִלּוּ שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה רִבּוֹ יְהוּדָה אוֹמֵר מֻתָּר הוּא לּוֹ וּבִלְבַד שֶׁלֹּא יְהוּ מְסִירוֹת אֶת לִבּוֹ רִשְׁא אֲפִלּוּ אַחַת וּמְסִירָה אֶת לִבּוֹ הֲרֵי זֶה לֹא יִשָּׂאֶנָּה אִם כֵּן לָמָּה נֶאֱמַר לֹא יַרְבֶּה לּוֹ נָשִׁים אֲפִלּוּ כַּאֲבִיגַיִל h. e. Non multiplicabit ſibi mulieres; *ſc. ultra octodecim. R. Jehuda dixit, Poteſt multiplicare, modò non avertant cor ejus. R. Simeon dixit; Imò ne quidem unam licet ei ducere, quæ avertere poſsit cor ejus. Id ſi ita ſit, quare ergo dicitur*, Non multiplicabit ſibi uxores? *ſc. etiamſi fuerint ſicut ipſa Abigail.* Hinc & in Targum Jonathanis: לָא יִסְגוֹן לֵיהּ נְשִׁין עַל תְּמַנְסְרֵי דְּלָא יְטַעְיֵן לִבֵּיהּ *Non plures erunt ipſi uxores quàm octodecim, ne avertant cor ejus.* Sic omnes Hebræi volunt, licuiſſe Regi uxores 18. ducere, & id ex orali traditione haberi. Vide Majemonid. in הלכות מלכים cap. 3. §. 4. R. Salomonem in Deuter. ubi id etiam ex eo probat, quòd ad Davidem, ſex jam uxores habentem, 2. Sam. 5. 13. dictum eſt;

2011 Ministerio de Cultura

est; וְאִם מְעַט וְאוֹסִיפָה לְךָ כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה h. e. *Si parum est, addam tibi sicut illas, sicut illas*, 2.Sam.12.v.8. h. e. bis totidem alias. Idem habet R. Bechai ad eum locum.

41.

Hinc contra hanc etiam Legem peccasse volunt *Salomonem, qui ultra hunc numerum uxores multiplicavit, usque ad* 700. *& ulterius adhuc concubinas* 300. 1.Reg.11.v.3. De hoc immenso & propè incredibili Uxorum & Concubinarum Salomonis numero; Abarbenel in Comment. libri Regum quærit; *Quomodo credi possit res adeò insolita & inusitata, ut Salomon habuerit* 700. *uxores principes, ac præterea trecentas concubinas? Quomodo non majorem vitæ & valetudinis habuerit rationem? Quomodo item hic locus concilietur cum illo, quod in Cantico Cantic. cap.6. v.8. dicitur*; Sexaginta sunt reginæ, & octoginta Concubinæ, & adolescentularum non est numerus? *Hîc enim, quoad sensum simplicem & literalem, etiam vult respici ad uxores & concubinas Salomonis, quod vero non convenit cum illis, quæ in libro Regum dicuntur. Quare item Scriptura nullam faciat mentionem liberorum Salomonis, quos ex illis procreavit, sicuti id facit de cæteris Regibus?*

Respondet ad hæc; 1. *Salomonem naturâ fuisse salacem & libidinosum, mulieribusq; deditum. Et quamvis consuetudo Regum fuerit, ut uxores illorum, quæ Regiam dignitatem habebant, & Reginæ vocabantur, pari cum Regibus dignitatis & honoris gradu essent; cæteræ verò non, quibus cum occultè & clam consuescerent: tamen hanc fuisse peculiarem Salomonis Majestatem, ut eius causâ omnes illæ mulieres, cum quibus rem habuisset, è vestigio subducerentur & secluderentur, nemoq; ipsas inposterum attingeret, omnibus diebus vitæ ipsarum. Quamvis enim nonnisi semel eas cognovisset, tamen honoris ipsius causâ fuisse prohibitas omnibus viris. Sic existimat non esse incredibile, ut Salomon cum mille fœminis per totam vitam suam se commiscuerit.*

2. *Quod ad qualitatem & numerum illarum attinet, quòd* 700. *fuerunt* שָׂרוֹת Principes, 300. *autem* Concubinæ, suprà pag.11. dictum est, quæ inter Uxores veras & inter Concubinas, tum secundum communem Hebræorum, tum secundum Abarbenelis sententiam, fuerit inter illas differentia; Iis itaque præsuppositis, inquit Abarbenel, *sine dubio ex* 700. *istis* שָׂרוֹת *Principibus commemoratis, nonnisi paucas vocatas fuisse* מְלָכוֹת Reginas; *eæ nimirum quæ*

2011 Ministerio de Cultura

quæ præ cæteris dilectæ, æstimatæ, & honoratæ ab ipso fuerunt, vel à se etiam nobiliori stemmatæ oriundæ essent. Et de his intelligendum esse quod in Cantico Cantic. dicitur secundum literam; Sexaginta sunt reginæ. *In libro enim Regum vocantur* שרות Principes: *in Cantic.* מלכות Reginæ. *Sic ex Concubinis aliæ præ aliis honoratiorem apud Regem locum obtinebant, & de his selectioribus & honoratioribus intelligendum quod in Cant. dicitur*; & octoginta Concubinæ: *de cæteris verò quod ibidem additur*; Et juvencularum non erat numerus.

3. *Dici posse, Salomonem idem fortassis fecisse quod Assuerus, qui congregavit puellas multas, ut videretur, quænam Regi placitura esset; ut, posteaquam singulas cognovisset, sexaginta ex illis separaverit & segregaverit ad Coronam Regiam, & ex Concubinis octoginta; quæ Regi ministrarent, & ad ejus nutum, quoties ei libéret essent; reliquis submotis, quæ ipsi non placuerunt, nec ulteriùs admissis.* Et hac ratione quoque pugnantiam illam conciliari posse putat.

4. Quod ad Filios & Liberos Salomonis attinet, existimat, *Scripturam ideò nullam horum (excepto Rechabeamo, Regni successore, qui tamen & ipse malum fecit in oculis Domini) fecisse mentionem, quòd illi omnes degeneres essent, tanti patris dissimiles prorsus filii, & matrum potiùs suarum indolem & naturam referentes: in historia autem Salomonis ea potissimùm spectata fuerint, quæ ad ejus dignitatem & gloriam, quàm dedecus, facerent. Idem quoque observari de Mose & Samuele, quòd ob degenerem filiorum ipsorum naturam, nullam illorum, vel nominum ipsorum mentionem Scriptura faciat, ita ut sint ac si nunquam fuissent.*

5. Scribit, *posse etiam id, quod Scriptura commemorat de amore Salomonis erga uxores suas, sic exponi, ut non intelligatur tantùm de eo quod Salomon fecit in senectute sua, uti videtur innui v. 4. sed de toto vitæ ejus spatio; quòd nimirum hæc fuerit per vitam ejus consuetudo, & ex eâ hoc consequutum sit, ut tempore senectutis ejus, Mulieres inclinârint cor ejus post Deos alienos, &c.* Hactenus Abarbenel.

R. Samuel Laniado existimat; *quamvis dicatur, Salomonem habuisse mille uxores & concubinas, tamen non necessariò inde sequi quòd cum omnibus rem habuerit, sed fuisse partim Principes, partim de vulgo mulieres, ad ejus obedientiam & ministerium destinatas, atque etiam ut ad voluptatem suam illis uteretur, siquidem vellet; fieri verò potuisse, ut ne quidem tertiam partem attigerit. Quod in Cantico Canticorum*

2011 Ministerio de Cultura

dicitur, אין לו עסק בורה *id huc non pertinere, quòd non sit literaliter, sed mysticè intelligendum. Pergamus.*

42.

Fœminam, quæ per Adulterium est pollùta, neque is, qui eam polluit, neque alius, potest ducere aut desponsare. Cùm adultera enim nemini cohabitare licet: unde & Maritus adulteræ eam repudiare jubetur. Causa fortassis est: quia hujusmodi persona, חייב במיתת בית דין Mortis, à Magistratu infligendæ, rea est. Adulteram autem Judæi vocant duntaxat אשת איש *Uxorem viri, seu, Conjugatam*, neq; Adulterium nisi in tali agnoscunt.

43.

Contrarium huic Regulæ videtur esse *Exemplum Davidis*, qui *Bathsebam*, quam vivente Uriâ marito ipsius cognovit, postmodum in Uxorem duxit, uti legere est 2. Sam. cap. 11. quod etiam à nostris nonnullis, qui talia conjugia admitti posse censent, allegatur. Nostri verò propositi non est, quæstionem istam absolutè ventilare & discutere. Quia tamen hîc in referendis, de hac Materia, Hebræorum sententiis versamur, & exemplum illud celebre est & illustre, multiqúe fortassis etiam desiderabunt, Hebræorum de hoc facto sententias cognoscere, ut eorum desiderio seu curiositati satisfiat, antequam ulterius progrediamur, quid illi de eo sentiant, paucis placet perstringere.

Sciendum autem, diversa esse Hebræorum de Facto isto Davidis judicia. *Talmudici*, & qui eos sequuntur, Davidem ab omni culpa & peccato, quoad externum quidem factum, immunem reddere & absolvere conantur; unde ajunt; כל האומר דוד חטא אינו אלא טועה *Quicunque dicit, David peccavit, is graviter errat. Alii* tamen sunt, qui graviter admodum & multipliciter eum peccasse, contendunt: attamen seriâ & verâ pœnitentiâ resipuisse & ad Deum se convertisse.

Ex illis videbimus hîc שני אריות דבי עילאי עבדי קרבא בהדי הדדי *duos Leones de sylva Elaj inter se concertantes* de hoc negotio, Don Isaacum Abarbenelem, & R. Samuelem Laniado; quorum *ille* familiam ducit inter eos, qui Davidis peccata hîc agnoscunt; hic verò eorum, qui Davidem absolvunt, in Commentario suo in Prophetas priores, quem כלי יקר *Vas pretiosum* vocat, sed rationibus, magna ex parte, frivolis & futilibus.

PRIMÒ

2011 Ministerio de Cultura

PRIMÒ itaque inquit *Abarbenel*, חַטָּאתּ דָּוִד בְּאֵשֶׁת אִישׁ *peccavit David in Uxore Viri*, h. e. *Adulterio*, & quidem turpissimo; concumbens cum uxore servi sui, atque eo tempore, quo fuit occupatus in servitio Regis, & gessit bella ipsius.

Ad hoc respondet Laniado, ex Talmudicorum mente, Davidem nequaquam commisisse adulterium cum Bathseba; & probat id *Primò* inde, quòd eo tempore moris & juris fuerit, ut in Bellum profecturi uxoribus suis scriberent Libellum repudii, quo eas absolutè dimittebant, & juris sui eas faciebant. Traditio enim talis hac de re extat in Talmud de Sabbatho cap. 5. fol. 56. col. 1. in Ketubhoth fol. 9. כֹּל הַיּוֹצֵא לְמִלְחֶמֶת בֵּית דָּוִד גֵּט כְּרִיתוּת כּוֹתֵב לְאִשְׁתּוֹ *Quicunque abit in bellum domus Davidis, libellum abscissionis, i. e. repudii scribit uxori suæ.* Et hanc consuetudinem dicit in usu fuisse מִזְּמַן שָׁאוּל וְיִשַׁי *inde à temporibus Saulis & Isai.* Quum ergò Urias hanc legem procul dubio quoque observarit, Bathsebam à vinculo matrimonii fuisse liberam, & per consequens, nullum cum ea commissum fuisse adulterium à Davide; cùm is non priùs cum ea congressus fuerit, quàm libellum divortii accepisset.

Et quamvis R. Salomon hoc explicet de Libello conditionato; quòd si videlicet quis in bello occumbat, ut, hoc in casu, Libellus sit validus, & ab eo tempore Mulier dimissa censeatur, quo libellum acceperit (hac quippe de causa existimavit R. Salomon, Davidem jussisse morti exponere Uriam); tamen existimat Laniado, Traditionem illam intelligendam esse de Libello absoluto, & statim à traditione valido; idque probat 1. ex phrasi, quia vocatur גֵּט כְּרִיתוּת *Libellus abscissionis*; dicit enim, vocem כְּרִיתוּת denotare לְגַמְרֵי *absolutè & totaliter dimittere:* 2. ex eo, quod in eadem hac historia dicit Nathan ad Davidem, cap. 12. v. 9. וְאֶת אִשְׁתּוֹ לָקַחְתָּ לְךָ לְאִשָּׁה *Et uxorem ejus* accepisti tibi *in uxorem.* Dicit enim verbum לָקַח *Accipere*, significare Acceptionem seu Ductionem legitimam per sponsalia; וְאִילּוּ הָיְתָה אֵשֶׁת אִישׁ אֵין קִדּוּשִׁין תּוֹפְסִין בָּהּ *Quod si verò fuisset uxor viri adultera, Sponsalibus seu Desponsationi nullus in ea fuisset locus:* 3. ex eo, quòd David jusserit Uriam in domum suam ire, ut cum uxore sua concumberet. Quod si, inquit, fuisset Libellus conditionatus; hac ratione irritus fuisset factus, & David seipsum adulterum constituisset. Itaq; dicendum, fuisse Libellum repudii absolutum. 4. probat idem

2011 Ministerio de Cultura

ex alio loco 1.Sam.17.18. וְאֶת עַרְבָתָם תִּקָּח, ubi dicit עַרְבָתָם, significare דְּבָרִים הַמְעוֹרָבִים בֵּינוֹ לְבֵינָהּ *Res permixtas seu communes inter ipsum & ipsam, h.e. inter uxorem & maritum, Vinculum matrimoniale*, quasi diceretur; *Et arrham eorum conjugalem, vinculum matrimoniale seu conjugale ipsorum accipies, vel ut R. Salomon* בעל הטורים; גֵּט כְּרִיתוּת *Libellum abscissionis seu repudii petes ab eis; quem uxoribus ipsorum afferas,* לְהַפְרִיד *ad separandam vel dirimendam communionem, quæ est inter ipsos:* Hîc, ait, significatur Acceptio seu Sublatio totalis: quod si n. aliter exponeretur, עֲדַיִן הַתַּעֲרוֹבֶת בִּמְקוֹמוֹ *adhuc communio maneret in loco suo.*

Instant. *Atqui docet Scriptura, Davidem peccasse: quid n. sibi vult, quod Nathan dicit ad ipsum*; Quare contempsisti verbum Jehovæ, לַעֲשׂוֹת faciendo quod malum est in oculis ejus, &c. 2.Sam.12.v.9. *Item illud quod David ipse fatetur, dicens*; Peccavi Domino, vers.13. Item: *Prævaricationes meas ego agnosco, Psal.* 51.5. *Quod si etiam non peccavit, cur egit tam seriò pœnitentiam?*

Respondet iterum ex Talmudicis: Non dicitur, quòd David malum reipsa fecerit, sed quòd facturus erat: hoc enim sibi velle לַעֲשׂוֹת cujus sensus sit, *Facturus* quod malum est, &c. non verò quòd actu fecerit: Nempe, כְּשֶׁהִיצַּר אַלְבְּשִׁיּה לְדָוִד בְּקֵשׁ לַעֲשׂוֹת וַיִּדְרוֹשׁ לְאִשָּׁה, כִּי חֲמַד יָפְיָהּ בִּלְבָבוֹ וְאַפִּי שֶׁתִּהְיֶה אֵשֶׁת אִישׁ אֲבָל לֹא עָשָׂה *Cùm concupiscentia mala invasisset Davidem, cupivit facere, & requisivit eam, quia concupiverat pulchritudinem ejus in corde suo, etiam si esset Uxor viri, sed non fecit: comperiebatur enim libellum repudii accepisse à marito suo, atque ita soluta esse.* Itaq; sic peccatum & prævaricationẽ ipsius fuisse duntaxat in ejus voluntate & concupiscentiâ pravâ, quòd in animum suum induxerit, eam de tecto videns, congredi cum ea, etiamsi uxor alicujus viri esset. At verò actum hunc non commisisse, eò quòd indicatum ipsi fuerit, illam esse uxorem Uriæ, viri de acie seu exercitu ipsius; tales autem non proficisci domo in bellum, nisi libellò Repudii uxori relicto. Hinc dicit dependére הַבָּאָה הָעִנְיָן intelligentiam totius hujus negotii.

Instantia; *Cur occidi curavit Uriam, & quid ipsum ad hanc rem impulit?*

Respondet: Fecit hoc מִפְּנֵי הַבּוּשָׁה *propter pudorem*, ne dicatur; Uxorem hujus accepit David; atq; sic prophanetur gloria Dei in persona Regis.

Secundò

2011 Ministerio de Cultura

Secundò probat Laniado, nullum actuale Adulterium hîc interceſsiſſe; שֶׁהֲיְתָה בַת שֶׁבַע אֲסוּרָה לְדָוִד לְעוֹלָם *quia ſi id factum eſſet, tùm Bathſeba in perpetuum prohibita & illicita fuiſſet Davidi: quia talis* אֲסוּרָה לְבַעַל וְלִבוּעַל *prohibita eſt marito ſuo, & adultero*; ac proinde Davidi, cùm pœnitentiam egit, iterum dimittenda fuiſſet: ſecus n. pœnitentiam ejus nihil ipſi profutarum fuiſſe, ſi peccatum non deſeruiſſet, ſed continuè in eo perrexiſſet. De tali pœnitentia dicivulgò, טובל וושרץ בידו *Lavat ſe, & reptile tenet in manu ſua.*

Tertiò inde probat idem, quod Deus etiam non præceperit Davidi לְגָרֵשׁ אֶת בַּת שֶׁבַע ejicere ſeu repudiare Bathſebam, quin potiùs illud conjugium confirmarit, eiq; benedixerit Filio ſapiente, Domino totius terræ, & Domum ſeu Templum Domino ædificaturo.

Quartò confirmat ſententiam ſuam ex eo, quod de Davide dicitur, 1.Sam.18.v.14. וַיְהִי דָוִד לְכָל דְּרָכָו מַשְׂכִּיל וַיהוָה עִמּוֹ *Et fuit David intelligens, prudens, in omnibus viis ſuis* (*Heb.* ad omnes vias ſuas) *& Dominus erat cum eo.* Quomodo conſiſtere poſſunt hæc duo, inquit; ut Dominus in omnibus fuerit cum eo, & tam graviter deliquerit?

Ad hoc *excipit* Abarbenel, locum hunc intelligendum de præſenti tempore, & illis negotiis, in quibus tum verſabatur David, non de tempore futuro, quo peccaturus, & Dominus ab eo receſſurus erat; quinimò ſi etiam de tempore futuro accipiatur, intelligendum eſſe de pœnitentia ac reſipiſcentia Davidis, ut & de Dei miſericordiâ, quâ ob pœnitentiam ejus, peccatum hoc ipſi cõdonavit, ejuſque iterum miſertus fuerit: & Rabbinum, qui hunc locum in Talmud pro Davide adduxit, ex amore & affectu erga Davidem id feciſſe.

Laniado reſpondet; imò etiam de futuro, & continuâ prudentia, & præſentiâ Domini cum Davide, intelligendum hunc locum eſſe; Docere id præpoſitionem Lamed in voce לְכָל: quòd ſcil. non dicatur; *Et fuit David prudenter ſe gerens* בְּכָל דְּרָכָו *in omnibus viis ſuis*; ſed לְכָל דְּרָכָיו *Ad omnes vias ſuas, & Dominus cum eo*; quaſi diceret, שֶׁהָיָה ה' עִמּוֹ דָּבֵק בַּהַוָיָה גְּמוּרָה וַיְהִי דָוִד מוּכָן לְכָל דְּרָכָיו לִהְיוֹת מַשְׂכִּיל *quòd Deus ei fuerit adhærens præſentiâ abſolutâ, & David ad omnes vias ſuas paratus fuerit, ut prudenter ageret.* Hæc de primo.

2011 Ministerio de Cultura

Secundum peccatum Davidis, dicit *Abarbenel* fuisse hoc; שֶׁהִשְׁתַּדֵּל דָּוִד שֶׁאוּרִיָּה יִשְׁכַּב עִם אִשְׁתּוֹ וְיֶחְשַׁב הַבֵּן הַיָּלוּד לְאוּרִיָּה *quòd conatus fuerit David efficere, ut Urias concumberet cum uxore sua, & hac ratione filius nasciturus haberetur Uriæ.* Hoc dicit fuisse פְּחִיתוּת גְּדוֹלָה בְּמֶלֶךְ חָסִיד כָּמוֹהוּ *levitatem magnam in Rege adeò sancto, qualis David fuit*, facere ut Filius suus habeatur pro filio Uriæ, de ejus familia, atq; à prosapia regis patris sui prorsus excludatur. Hoc vix vilissimum hominem decére.

Ad hoc duo respondet *Laniado*: *primò* affert tritum illud dictum Rabbinorum, בִּמְקוֹם שֶׁיֵּשׁ חִלּוּל שֵׁם שָׁמַיִם אֵין חוֹלְקִין כָּבוֹד לְרַב *Ubi est prophanatio nominis Dei* (ubi agitur de Gloria Dei) *ibi nulla honoris Principis habetur ratio.* Cùm ergo Nomen Dei prophanatum fuisset, si filius ei natus fuisset ex tali muliere; maluisse Davidem sufferre hanc ignominiam in filio suo, quàm ut nomen Dei prophanetur: *secundò*, cogitasse Davidem, Filium hunc fortasis non supervicturum.

Tertium Davidis peccatum dicit *Abarbenel*, fuisse הֲרִיגַת שְׁפִיכוּת דָּם נָקִי אוּרִיָּה *Homicidium* in Uria perpetratum, & *Effusionem sanguinis innocentis*, viri pii, & timentis Dominum, &c. Satiùs, inquit, fuisset, ut David illic eum detinuisset ad aliquod tempus, donec mulier peperisset, ac filium nutrici alicui tradidisset, remq; occultè habuisset, quàm Adulterio jam Homicidium addere.

Respondet *Laniado*; Neq; in hoc peccasse Davidem: eo quòd Uria rebellis fuerit in Regem, & proinde mortem fuerit commeritus: *Primò* enim, *ait*, cùm diceret Urias; *Dominus meus Joab, & servi Domini mei*, 2. *Sam.* II. *v.* II. crimen commisit læsæ Majestatis Regiæ, Joabum vocando Dominum suum, coram Davide: *deinde*, cùm Rex ei edixisset, *ut in domum suam descenderet, & pedes suos lavaret*, v. 8. non obtemperavit huic verbo Regio, atque ita rursus mortis reum se effecit.

Quartò, inquit *Abarbenel*, gravissimè quoq; peccavit David, in Modo occidendi Uriam; quòd eum occiderit gladio filiorum Ammon, & per manus inimicorum Dei; & præterea ita, ut impossibile fuerit, ut hac ratione interficeretur Uria solus, sed necessariò aliis etiam cum ipso fuerit occumbẽdum. Nam non ponunt virum unicum & solum è regione prælii, vel in fronte aciei.

2011 Ministerio de Cultura

aciei. Unde & Scriptura dicit; *Et ceciderunt de populo, de ſervis Davidis: ſed & mortuus eſt Uria Chittæus*, v.17. Ad confirmationem hujus adducit etiam ex Medraſch, *quòd David multos juſtos occiderit cum Uria.*

R. *Laniado* ad hoc ex ſententia Rabbinorum; Hîc omninò, & ſine dubio, peccaſſe Davidem, quòd eum interfici curâverit gladio filiorum Ammon: כִּי הָיָה לוֹ לְדוֹנוֹ בְּסַנְהֶדְרִין כִּי בֶּן מָוֶת הוּא *nam debuiſſet eum judicare vel condemnare per Synedrium, ſi mortis reus fuit:* ſed tantùm in hoc. Hinc, ait, ſcriptum eſt, 1. Reg. 15. v. 15. רַק בִּדְבַר אוּרִיָּה *Tantùm in verbo Uriæ:* Et hac de cauſa dixiſſe Davidem: *Libera me à ſanguinibus, ô Deus*, Pſal.51. v.16. Particulam רק ſignificare reſtrictionem ad unicam hanc cædem, quâ eum per Ammonitas interfici curavit, quem debebat ſupplicio afficere per Synedrium.

Quod verò ad alterum attinet; *quòd David etiam cauſa fuerit cædis plurium innocentum*, in eo ſic excuſat Davidem. Dicit, Davidem nihil aliud præcepiſſe, quàm; וְהָבוּ אֶת אוּרִיָּה אֶל מוּל פָּנַי הַמִּלְחָמָה הֶחָזָקָה וְשַׁבְתֶּם מֵאַחֲרָיו וְנִכָּה הוּא לָדוּד וָמֵת *Ponite Uriam* (ſc. ſolum) *è regione*, (vel, in fronte) *prælii fortis, poſtea revertimini a tergo ejus, ut percutiatur* (ipſe ſolus) *& moriatur:* Et ſic quoque feciſſe Joabum, ſicut ſcriptum eſt; *Et poſuit Uriam in loco, ubi ſciebat viros eſſe fortiſſimos*; Deum etiam auxilio fuiſſe Davidi, ne ipſius causâ plures occiderentur: contigiſſe autem, ut egrederentur viri civitatis, & pugnarent cum Joabo ipſo, & tunc, in illo conflictu, qui fuit cum Joabo, cecidiſſe plures de populo, & de ſervis Davidis cecidiſſe, mortuum item etiam eſſe Uriam: attamen non ſeorſim & primò, in loco illo, in quo conſtitutus fuerat à Joabo, ubi ſc. ſciebat eſſe viros fortiſſimos; ſed poſtea, cùm egrederentur ſeu eruptionem facerent viri civitatis, ſicut ſcriptum eſt; *Et egreſſi fuerunt viri civitatis, & pugnarunt cum Joab*; (*cum Joab*, ſcilicet דיקא præcisè tunc in illo conflictu) *& ceciderunt de populo, de ſervis Davidis: mortuus etiam eſt Urias Hittheus* (ſc. occaſionaliter & per accidens). Itaque in hoc ſolo reatum Davidis conſiſtere, in verbo malo, quòd David dixit ſeu ſcripſit ad Joabum: hinc dici in loco ſuprà adducto, רַק בִּדְבַר אוּרִיָּה *Tantùm* in verbo *Uriæ*, ſeu, *de Uria, &c.* Hanc excuſationem dicit ad minimũ poſſe valere de iis de populo, & de ſervis Davidis, qui in hoc prælio occubue-

2011 Ministerio de Cultura

occubuerunt, si non de Uria ipso; eò quòd diversâ ratione videantur occubuisse; cùm de illis dicatur וימלו *Et cecidерunt*; de Uria autem, וימת *Et mortuus est*; unde argui posit, illos verè & propriè ex conflictu interiisse, hujus verò mortis causam esse Davidem, sed solius.

QUINTO, dicit *Abarbenel*, peccavit David etiam in eo, quòd statim ac ipsi nuntiatum esset, Uriam mortuum esse, & luctus præteriisset, miserit, & acceperit eam in uxorem, ac si adhuc concupiscentiâ flagraret; neque ad certum & justum tempus exspectaverit; quinimò nondum elapsis nonaginta diebus à morte Uriæ: ante quod tempus de jure non licet viduam desponsare.

Respondet *Laniado*; Fieri posse, ut David quò, quantum in se erat, tegeret ignominiam, neq; dispalesceret, Bathsebam ex se gravidam esse, consultum duxerit, maturè eam ducere, & in palatium suum traducere. Quod verò ad nonaginta dies attinet, in eo etiam nullum dicit esse reatum, eò quòd Bathseba libellum divortii acceperit ab Uria.

Sic Hebræi sentiunt & scribunt de hoc facto Davidis, ex qua sententiarum collatione facilè est judicare, quænam sententia sit validior, & præferenda; si tantùm hoc attendatur, quænam meliora & certiora fundamenta in Verbo Dei habeat. Nam quod excusationes attinet, quæ pro Davide à Laniado afferuntur, eæ vel nituntur frivolis Traditionibus Judaicis, vel incertis conjecturis, vel ridiculis Scripturæ detorsionibus. Saltem id, quod ab initio dictum, ex his liquet, secundum Judæos non licere eam, quæ per adulterium est polluta, in uxorem ducere, neque hanc licentiam facto Davidis excusari posse; quia illi vel Davidem ab adulterio absolvunt; & sic nihil ad rem faceret hoc exemplum; vel illum adulterii & gravium peccatorum reum constituunt; & sic non est imitandum. Neque quod Deus in Davide toleravit, vel etiam ei ignovit & condonavit, in exemplum trahendum, vel pro regula habendum & proponendum. Lex enim Dei sola est vitæ nostræ regula, non Exempla, maximè singularia. Sed redeamus ex hac digressiuncula in viam.

44.

Hactenus de Personis, & conditionibus Personarum,

2011 Ministerio de Cultura

rum, quæ desponsari possunt, vel non possunt. Antequam ulteriùs progrediamur, unum adhuc placet addere; *Quomodo videlicet Hebræi Legem illam explicent, quæ Numerorum capite XXXVI. filiabus Tzelophchad data fuit, ut nuberent maritis qui essent de familiis tribus patris sui?* Inde enim nonnulli Legem universalem eliciunt, *quasi nemini Israëlitarum, ab eo tempore, licuerit extra tribum suam nubere, &c.*

Videbimus primò Verba præcipua Textus Originalis huc spectantia: *Cùm principes patrum, de familia filiorum Gilead, &c. accessissent Mosen* (v.1.) *ac dixissent; Quia ex edicto Divino, in divisione possessionum terræ Canaan, possessio Tzelophchadi, filiabus ejus danda sit;* (de quo Num. cap.27.) *Si verò filiæ istæ alicui de aliis tribubus in uxores dentur, hac ratione fieret, ut hæreditas earum, à portione seu possessione patrum ipsarum avelleretur, & possessioni tribus eorum adderetur, quibus nupserint, atque sic sors ipsorum assignata minueretur, quæ ne in Jubileo quidem reverteretur, (quia si per talia connubia filios gignerent, hæreditas ad illos pertineret: Filii autem juxta tribum patris, non matris recensentur,)* (v.2.3.4.5.) *Respondit Moses, juxta sermonem Domini dicendo;* כֵּן מַטֵּה בְנֵי־יוֹסֵף דֹּבְרִים *Rectum tribus filiorum Joseph loquuntur:* זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר־צִוָּה יְהוָה לִבְנוֹת צְלָפְחָד לֵאמֹר לַטּוֹב בְּעֵינֵיהֶם תִּהְיֶנָה לְנָשִׁים אַךְ לְמִשְׁפַּחַת מַטֵּה אֲבִיהֶם תִּהְיֶנָה לְנָשִׁים *Hoc est verbum, quod præcepit Dominus filiabus Thelophchad, dicendo; Bono in oculis ipsorum* (cuicunque ipsis libuerit) *sunto in uxores; attamen* (alicui) *de familia tribus patris ipsarum sint in uxores:* וְלֹא תִסֹּב נַחֲלָה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל מִמַּטֶּה אֶל מַטֶּה כִּי אִישׁ בְּנַחֲלַת מַטֵּה אֲבֹתָיו יִדְבְּקוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Et non circuibit, vel, devolvetur hæreditas filiorum Israel de tribu ad tribum: singuli enim filiorum Israel adhærebunt possessioni tribus patrum suorum,* (h.e. operam dabunt, ut firmiter possessionem suam retineant & tueantur) וְכָל בַּת יֹרֶשֶׁת נַחֲלָה מִמַּטּוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לְאֶחָד מִמִּשְׁפַּחַת מַטֵּה אָבִיהָ תִּהְיֶה לְאִשָּׁה לְמַעַן יִרְשׁוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל אִישׁ נַחֲלַת אֲבֹתָיו *Et omnis filia hæreditate accipiens possessionem, de tribu filiorum Israel, alicui de familia tribûs patris sui erit in uxorem, ut quisque filiorum Israëlis hæres fiat possessionis patrum suorum,* וְלֹא תִסֹּב נַחֲלָה מִמַּטֶּה לְמַטֶּה אַחֵר כִּי אִישׁ בְּנַחֲלָתוֹ יִדְבְּקוּ מַטּוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Neque devolvetur possessio de tribu* (unius) *ad tribum* (al-

2011 Ministerio de Cultura

terius): *quisque enim possessioni suæ adhærebit, qui fuerit de tribubus filiorum Israel:* כַּאֲשֶׁר צִוָּה יְהוָה אֶת מֹשֶׁה כֵּן עָשׂוּ בְּנוֹת צְלָפְחָד *Quemadmodum præcepit Dominus Mosi: sic fecerunt filiæ Tzelophchad, &c.* Sic habent Verba Sacri contextus Hebræa. Videamus Hebræorum Commentaria & explicationes.

R. Salomon ad hæc verba; *Et omnis filia hæres possessionis alicujus;* שֶׁלֹּא הָיָה בֵּן לְאָבִיהָ *Cujus sc. pater nullum habet filium.*

In Talmud, Tractatu de Jejunio cap. 4. fol. 30. col. 2. חֲמִשָּׁה עָשָׂר בְּאָב מַאי הִיא אָמַר רַב יְהוּדָה אָמַר שְׁמוּאֵל יוֹם שֶׁהוּתְּרוּ שְׁבָטִים לָבֹא זֶה בָּזֶה מַאי דָּרוּשׁ זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר צִוָּה יְיָ לִבְנוֹת צְלָפְחָד וגומ' דָּבָר זֶה לֹא יִהְיֶה נוֹהֵג אֶלָּא בְּדוֹר זֶה *Decimus quintus dies mensis Af* (festus sc.) *quisnam est? Raf Jehuda dixit, R. Samuelem dixisse, fuisse diem illum, quo permissum fuit tribubus matrimonia inter se contrahere. Unde hoc probant vel deducunt? Ex eo quod dicitur;* Hóc est verbum, *vel,* Hæc est res, quam præcepit Dominus de filiabus Tzelophchad, &c. q. d. *Verbum hoc, vel Res hæc non usurpabitur vel observabitur, nisi in hac generatione* (sc. filiarum Tzelophchad.)

In Bava bathra fol. 120. col. 1. בְּנוֹת צְלָפְחָד הוּתְּרוּ לְכָל הַשְּׁבָטִים שֶׁנֶּאֱמַר לְטוֹב בְּעֵינֵיהֶן תִּהְיֶינָה לְנָשִׁים אֶלָּא מָה אֲנִי מְקַיֵּם אַךְ לְמִשְׁפַּחַת מַטֵּה אֲבִיהֶן תִּהְיֶינָה לְנָשִׁים, עֲצָה טוֹבָה הִשִּׁיאָן הַכָּתוּב שֶׁלֹּא יִנָּשְׂאוּ אֶלָּא לְהָגוּן לָהֶן *Filiæ Tzelophchad permissæ fuerunt omnibus tribubus, sicut dicitur;* Ei, cui ipsis videbitur, erunt in uxores. *Atqui posteæ dicitur,* Alicui de familia tribus patris ipsarum erunt in uxores. His verbis *Consilium bonum* (non præceptum) *dedit illis Scriptura, ne nubant nisi illi, qui ipsis sit conveniens* (ad conservandam sc. hæreditatem & possessionem suam in tribu ipsarum). Mox ibidem etiam dicitur, illa verba; *Omnis filia hæres possessionis alicujus;* non fuisse dicta, nisi pro eo tempore.

Ibid. fol. 111. col. 1. וְכָל בַּת יוֹרֶשֶׁת נַחֲלָה מִמַּטּוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הֵיאַךְ בַּת יוֹרֶשֶׁת שִׁבְטֵי מַטּוֹת אֶלָּא זוֹ שֶׁאָבִיהָ מִשֵּׁבֶט אֶחָד וְאִמָּהּ מִשֵּׁבֶט אַחֵר וְמֵתוּ וִירִשָׁתָן Et omnis filia hæres possessionis de tribubus Filiorum Israel. *Quomodo? Filia hæres esse potest duarum tribuum; illa sc. cujus pater est de tribu una, & mater de tribu alia, &c.*

R. Moses ben Nachman ad hæc verba; *Et non devolvetur possessio filiorum Israel de tribu in tribum;* scribit: לֹא חָשַׁשׁ הַכָּתוּב אֶלָּא לְתַקֵּן הָעֵת הָהִיא כִּי אִם הָיוּ בְיִשְׂרָאֵל נָשִׁים נְשׂוּאוֹת לְשֵׁבֶט אֶחָד וְהֵם יוֹרְשׁוֹת נַחֲלָה הַיּוֹם אוֹ שֶׁתִּירַשְׁנָה מִיּוֹם זֶה וְאֵילָךְ שָׁמוֹת אֲבִיהֶן אוֹ אֲחֵיהֶן

2011 Ministerio de Cultura

אֲחִיהֶן בִּלְא בָנִים עַל כֵּרְחָנוּ תָּשׁוּב נַחֲלָתָן מִמַּטֶּה אֶל מַטֶּה וּמִי יוּכַל לְתַקֵּן בְּזִמָּן אֲשֶׁר עִוְּתוּ כִּי לֹא רָצְתָה הַתּוֹרָה לְצַוּוֹת שֶׁלֹּא יִירְשׁוּ אוֹתָן הַבֵּן וְהַבַּעַל שֶׁלֹּא רָאָתָה לַעֲקוֹר מִשְׁפַּט הַיְרוּשָׁה' וְכֵן לֹא יָחוּשׁ הַכָּתוּב לִמְקָרִים הָעֲתִידִים לָבוֹא כִּי הַבָּנוֹת שֶׁאֵינָן יוֹרְשׁוֹת נַחֲלָה יְכוֹלוֹת לְהִנָּשֵׂא לְכָל הַשְּׁבָטִים וכו'. *Non vult Scriptura hæc dirigere nisi Tempus illud. Nam si in Israele fuissent mulieres nuptæ in tribu alia, & vel hodiè in tempore præsenti jam hæredes essent possessionis alicujus, vel inposterum fierent, decedente fratre vel patre ipsarum, sine liberis; necessariò in hoc casu possessio devolveretur de tribu una ad tribum aliam. Et quis posset hæc deinceps iterum corrigere posteaquam ita confusa essent? Nam non voluit Lex præcipere, ne vel filius vel maritus ipsarum* (qui essent de alia tribu & legitimi hæredes) *non ejus hæredes essent: quia nequaquam mens ejus fuit tollere jura hæreditatum. Similiter etiam non fuit sollicita hîc Lex de accidentibus futuris: quia filiæ, quæ non erant hæredes possessionis alicujus, poterant nubere omnibus tribubus; & tamen fieri potuit, ut hæreditatem aliquam acciperent sequenti tempore, decedente fortè fratre ipsarum, superstite adhuc patre, & sic transiret possessio Patris, aut propinquorum ipsarum. Juxta sententiam Rabbinorum nostrorum, qui voluerunt, rem istam non fuisse usitatam, nisi pro illo tempore tantùm, dicendum, Non fuisse Filias in tota illa generatione veniente in terram Canaan, hæredes possessionum, præter filias Tzelophchad,* כי על כן לא דברו. *Atqui præcepit Scriptura, ut si moreretur homo, à die illa usque ad divisionem terræ inter tribus, & filia ipsius hæreditatem ejus obiret, illa non posset nubere in tribum aliam, ne vir ille veniret tempore divisionis terræ, ad accipiendam possessionem in tribu alia. Nam cura erat major pro ipsis tempore divisionis, ne commiscerentur tribus inter se in possessionibus. Postea enim jam nota fuit possessio singulorum, ac propterea non ita solliciti fuerunt. Quia autem non cognitum fuit tempus divisionis, idcirco cavit de tota generatione. Ab eo autem tempore & ulteriùs, Deo, in cujus manu est anima omnis viventis, non fuit cura gerenda. Et hoc rectũ est secundum sensum literalem; horum enim verborum* ולא תסוב נחלה, *sensus non est;* Ut non transferatur vel devolvatur hæreditas; *sed sunt duo præcepta;* primò, *de hæredibus filiabus possessionum, ne nuberent, nisi alicui de tribus patris sui;* deinde *de jam nuptis, & ad quas perveniebat possessio, posteaquam jam maritatæ essent, ne devolvatur possessio de tribu una ad tribum aliam: sed ut illarum hæredes essent fratres & propinqui, non filii vel mariti ipsarum; Et primò qui-*

2011 Ministerio de Cultura

dem id monet de filiabus Tzelophchad, tùm de omni filiâ hærede possessionis alicujus: & de toto Israële dicit; Ne devolvatur hæreditas de tribu ad tribum: *nam etiam maritatæ, & quæ admonitæ fuerunt de hac re, si transgrederentur præceptum hoc, hæreditatem ipsarum obibant Tribus ipsarum: ut omnes adhærerent, & alligati essent possessioni tribûs paternæ, ne hæreditas ipsorum separaretur ab ipsis, nec ipsi separarentur à possessione patrum suorum:* Neque etiam omnia hæc *observabantur, vel usitata erant, nisi in illa generatione, quæ possessione accepit terram, tempore divisionis illius. Consilium autem dedit illis, tum de innuptis, de quibus rogatus fuerat, tum de nuptis.* Hactenus Ramban, cujus sententia eò etiam tendit, non fuisse perpetuum, vel universale præceptum, sed restrictum ad certum tempus, & certas etiam personas; filias nimirum illas, quæ per hæreditatem habebant possessionem aliquam &c.

R. Levi ben Gerson: בְּקְשׁוּ שֶׁלֹּא תִהְיֶינָה לְנָשִׁים לְמַטֶּה אַחֵר וְיִדְמֶה שֶׁכְּבָר רָצוּ בָזֶה שֶׁלֹּא תִהְיֶנָה לְמִשְׁפָּחָה אַחֶרֶת כִּי הַמַּטֶּה אוֹ הַשֵּׁבֶט יֵאָמֵר עַל הַמִּשְׁפָּחוֹת: וְזֶה שֶׁאִם הָיָה רְצוֹנָם שֶׁלֹּא יִנָּשְׂאוּ לְזוּלַת בְּנֵי הַשֵּׁבֶט הַזֶּה עֲדַיִן יִשָּׁאֵר הַתַּרְעוֹמֶת שֶׁהָיוּ מִתְרַעְמִין וְהוּא שֶׁכְּבָר תִּהְיֶה נַחֲלָתָם נוֹסֶפֶת עַל נַחֲלַת הַמִּשְׁפָּחָה הַהִיא מָה שֶׁנִּגְרַע מִנַּחֲלָתָן בִּירוּשַׁת הָאָרֶץ כִּי הֵם יִירְשׁוּ יַחַד עִמָּהֶם כְּאִלּוּ הָיְתָה הַיְרוּשָׁ לְחֵפֶר וְאוּלָם כַּאֲשֶׁר תִּהְיֶנָה לְנָשִׁים לִבְנֵי דּוֹדֵיהֶן לֹא תֵּצֵא נַחֲלַת חֵפֶר מִבָּנָיו וְכֵן הָיָה מוֹסֵף מֵהֶשֵּׁם יִתְעַלֶּה כְּמוֹ שֶׁשָּׁאֲלוּ כֵּהוּגֶן וְהִנֵּה הוּגְבַּל זֶה הָעִנְיָן אֲז לְכָל בַּת יוֹרֶשֶׁת נַחֲלָה וכו׳ *Petierunt, ne essent in uxores, i.e. ne nuberent* למטה אחר alicui alii. *Quo hoc videntur voluisse dicere, ne* nuberent familiæ alteri. *Nam vocabula* מטה & שבט, *quæ* Tribum *significant, dicuntur aliquando de* Familia. *Quod si enim voluissent dicere,* Ne nubant alii extra tribum suam, *maneret causa murmurationis, propter quam murmurabant, hæc videlicet; quòd hac ratione possessio ipsarum adderetur possessioni familiæ illius, & sic detraheretur de possessione quam acceperunt in hæreditate terræ* (Nam ipsi *hæredes fierent* simul cum ipsis, ac si hæreditas esset Chepheris): *Quod si autem futuræ sunt uxores patruelium suorum, non egredietur hæreditas Chepheris à filiis ipsius: Atque ita, uti petierunt, indultum ipsis est à Deo. Determinata autem tunc fuit res ista in omni filiâ hæreditate accipiente possessionem* (terrę), *cujus possessio diminuitur vel detrahitur de possessione propinquorum ejus; ut sit in uxore alicui de familia patris sui. Ideò non viguit hoc jus, nisi pro illo tempore. Nam post illud tempus non accidit, ut detraheretur possessio ipsarum, à possessione hæredum, &c.*

R. Bechaj:

2011 Ministerio de Cultura

R. Bechaj: Neque devolvetur poſſeſsio de tribu, ad tribum aliam; מִצְוָה לְשָׁעָה קוֹדֶם שֶׁנִּחֲלוּ יִשְׂרָאֵל הָאָרֶץ *Præceptum temporarium fuit, antequam Iſraelitæ poſſiderent terram.* Et omnis filia hæreditate accipiens poſſeſsionem; שֶׁלֹּא הָיָה בֵּן לְאָבִיהָ אַחַר שֶׁנִּחֲלוּ אֶת הָאָרֶץ *Cujus ſc. pater nullum habet filium; & hoc poſtquam terram poſſedisſent.* *Hac de cauſa dicit Scriptura ſecundâ vice*; וְלֹא תָסוּב Et non devolvetur hæreditas: וּמִטַּעַם זֶה הָיָה מִנְהָג בְּיִשְׂרָאֵל בַּת יוֹרֶשֶׁת כְּשֶׁתַּעֲבוֹר עַל זֶה וְתִרְצֶה לְהִנָּשֵׂא לְשֵׁבֶט אַחֵר שֶׁהֵיוּ קוֹרִין אוֹתָהּ זוֹנָה וְהִיא מְפַסֶּדֶת נַחֲלַת בֵּית אָבִיהָ וְזֶהוּ שֶׁבָּתוּב וְיִפְתָּח הַגִּלְעָדִי הָיָה גִּבּוֹר חַיִל וְהוּא בֶּן אִשָּׁה זוֹנָה כִּי אִמּוֹ שֶׁל יִפְתָּח הָיְתָה בַּת יוֹרֶשֶׁת נַחֲלָה וְנִשֵּׂאת לְשֵׁבֶט אַחֵר כִּי אֵין הַכַּוָּנָה זוֹנָה מַמָּשׁ חַס וְשָׁלוֹם וְכֵן תִּרְגֵּם יוֹנָתָן, וְאִפְשָׁר לוֹמַר כִּי וְלֹא תִסּוֹב נַחֲלָה וְכֵן מַלַּת יִדְבַּר בְּנַפְשׁוֹ וְלָכֵךְ הִזְכִּיר פַּעַם שֵׁנִי וְלֹא תִסּוֹב נַחֲלָה וְכֵן מַלַּת יִדְבְּקוּ כִּי הָאֶחָד דְּבֵקוּת הַגּוּף וְהַשֵּׁנִי דְּבֵקוּת הַנְּפָשׁוֹת *Et propter hanc rationem fuit conſuetudo in Iſraële, de filia hæreditatem accipiente, ut, ſi hoc transgrederetur, & vellet nubere in aliam tribum, eam vocarent* זוֹנָה, *& fuit corrumpens vel deſtruens poſſeſsionem domûs patris ſui. Hoc eſt quod ſcriptum eſt*; Et Jiphtach Gileadita fuit potens robore, & erat filius mulieris זוֹנָה, Judic. 11. v. 3. *Mater enim Jiphtachi fuit Filia hæres poſſeſsionis, & nupta in alia tribu*; Nequaquam enim intelligitur זוֹנָה reverà (i.e. Scortum; Meretrix vera). *Abſit! Et ſic quoque interpretatus eſt Jonathan. Poteſt etiam dici, quòd verba hæc*; Et non circuibit vel devolvetur hæreditas; *loquantur de Animabus, ac propterea ſecundâ vice repetantur*; *ut & vox* יִדְבְּקוּ Adhærebunt. *Una enim, eſt Adhæſio corporis; altera, Adhæſio animarum.*

Onkelos Hebræa de verbo ad verbum reddit.

Jonathan nonnihil paraphraſticè v. 6. 7. ita reddidit; דֵּין פִּתְגָמָא דְּפַקִּיד יְיָ לָא לְדָרַיָּא דְּעָתִידִין לְמִיקוּם בָּתַר פִּילוּג אַרְעָא אֱלָהֵן לִבְנָת צְלָפְחָד לְמֵימַר לְדִתְקִין בְּעֵינֵיהֶן תְּהוֹיֵין לְנִשִּׁין לְחוֹד לְגִנְסַת שִׁבְטָ אֲבוּהֶן תְּהוֹיֵין לְנִשִּׁין ; מִטּוּל דְּלָא תִתְזַקַּף אַחְסָנָא לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל מִשִּׁבְטָא לְשִׁבְטָא חוֹרָנָא אֲרוֹם גְּבַר בְּאַחְסָנַת שִׁבְטָא דַּאֲבָהָתוֹי יִדְבְּקוּן בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Hoc eſt verbum, quod præcepit Dominus; non generationibus exſurrecturis poſt diviſionem terræ; ſed filiabus Tzelophchad, dicendo; Ei cui bonum videbitur in oculis ipſarum; ſunto in uxores: modò alicui de familia tribûs patris ſui nubant: ne devolvatur hæreditas filiorum Iſrael de tribu una ad tribum aliam: nam quiſque filiorum Iſrael tribui patrum ſuorum adhærebit.*

2011 Ministerio de Cultura

Flavius Josephus Antiquitat. Judaic. lib. 4. cap. 7. ita hæc refert: *Eodem tempore, cùm defunctus esset quidam è primatibus Manassidis tribus, nomine Salpades, liberis fœminei tantùm sexus relictis, tribus ejus viri insignes Moysem consulunt, An filiarum ejus, in divisione & sortitione agrorum, ratio haberi debeat. Is respondit, si in domum tribulis nuptum darentur, sortem dotalem fore: sin mallent in aliam tribum elocari, sortem in sua tribu relinquerent. Atque hac occasione instituit, ut cuique tribui suæ sortes perpetuò manerent.* Sic Josephus, ex versione Gelenii: quæ quomodo cum Textu authentico conveniant, vel inde exsculpi queant, non video.

Interpretes etiam Græci à Textu Hebraico hîc non recesserunt.

Vulgatus autem Interpres multum hîc *deviavit à Veritate Hebraica*, ut Paulus Burgensis loquitur, *multasq; & magnas legis conditiones neglexit*, ut Cajetanus scripsit, atque hinc etiam plures, qui eum sequuti sunt, in errorem induxit: Versus 6. Hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est: *Nubant quibus volunt, tantùm ut suæ tribus hominibus* v. 7. *Ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum: Omnes enim viri ducent uxores de tribu & cognatione sua:* v. 8. *Et cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient, ut hæreditas permaneat in familiis:* v. 9. *Nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant, ut à Domino separatæ sunt.* v. 10. *Feceruntq; filiæ Salphaad, ut fuerat imperatum.* Quantum hæc discrepent à Fonte & Veritate Hebraica, ex collatione cum ea, quivis studiosus Lector ipse potest deprehendere.

Unum tamen hac occasione Lectorem monere non possum prætermittere, quod Doctissimo & aliâs accuratissimo Casaubono excidit. Dum ille in Exercit. 1. ad Annales Baronii, de genere Josephi & Mariæ, & ex ea occasione etiam de ista Lege agit, inter alia sic scribit: *Simillima fuit Lex Mosis, de quibus in extremo illo capite Numerorum agitur, quod si intellexisset Baronius, ad omnia conjugia promiscuè illam non extendisset. Satis hoc exprimitur illis ipsis verbis, quæ sunt in Annalibus descripta: sed multò clariùs illis, quæ Latinus Interpres omisit Numerorum capite 36. versibus octavo & nono. Quæ fuerit causa illius omissionis, nescio: observo tamen iisdem codicibus cum Latino Interprete usum & Jonathanem, F. Uzielis in suo Targum.* Hoc postremum vellem meliùs expendisset Vir ille eximius: magnum enim

2011 Ministerio de Cultura

enim est discrimen inter Versionem Latini Interpretis Veteris, & inter Targum Jonathanis F. Uzielis, ut nullâ ratione dici possit, illos iisdem codicibus usos.

Interpres enim *Latinus*, aliquâ ratione versum octavum & nonum exprimit, sed mutilè & imperfectè, uti liquet. Versui enim octavo textus Hebræi, respondent ista; *Et cunctæ fœminæ, &c.* versui nono hæc; *Nec sibi misceantur tribus, &c.*

In *Targum Jonathanis filii Uzielis*, duo isti versus prorsus sunt omissi, adeoque ne verbulum quidem est, quod illis respondeat. Unde maxima est inter illos differentia, ut non dici possint iisdem codicibus usi in condendis suis versionibus.

Quæ causa sit discrepantiæ Interpretis Latini, neque ego scio, neque hujus loci est inquirere. Novus aliquis Criticus hîc prætendet Varietatem Codicis Hebræi, quo usus sit, & variam lectionem introducet proculdubio: sed longè aliter saniores Doctores. Paulus Burgensis in additionibus ad hunc locum ita: *In hoc præcepto multum deviat translatio nostra* (non, codex Hebræus, quo usus est translator) *à veritate Hebraica* (non, à Codice Masorethico). *Nam secundum veritatem Hebraicam non prohibetur fœminis, quin nubant quibuscunque voluerint de genere Israëlitico, nisi tantùm fœminis, quæ hæreditatem habent, sicut illæ quæ non habent Patres, & istis tantùm præcipitur, quòd alicui de cognatione patris sui nubant, & hoc est quod dicitur*; Omnis filia quæ habet hæreditatem, uni de cognatione patris sui erit uxor. *Similiter non prohibetur, quin viri ducant uxores de tribu alia. Hoc enim, quod dicitur in Translatione nostra*; Omnes enim viri ducent uxores de tribu & cognatione sua, *non est in Hebræo, sed ibi dicitur sic:* Non revertatur hæreditas filiorum Israel de tribu in tribum: sed unusquisque in hæreditatem tribus patrum suorum adhæreat. *Similiter ubi in translatione nostra dicitur*; Ne sibi misceantur tribus, sed ita maneant, *non est in Hebræo, sed dicitur sic*; Ne revertatur hæreditas unius tribus ad aliam tribum. *Et ratio hujus Legis testatur pro veritate Hebraica, quæ quidem ratio finalis est, ut divisio hæreditatum fienda inter tribus perpetuò remaneret, ita quod nihil de terra, quæ in sorte tribui Judæ caderet, posset aliquando reverti ad tribum Benjamin, & sic de aliis. Et quia secundum Legem veterem non succedebant in hæreditatem paternam, nisi illæ tantùm, quæ fratribus masculis carebant; ut suprà eodem 27. capite, ideò de istis tantùm*

2011 Ministerio de Cultura

tùm dabatur Lex, ne commiscerentur alicui de alia tribu, quia per talem commixtionem hæreditas unius tribus transiret in aliam, quod erat contra ordinationem Divinam: sed aliæ fœminæ, quæ fratres habebant, & per consequens non succedebant in hæreditate paterna, non prohibebantur per istam Legem, quin contraherent cum aliis quarumcunq; tribuum, quia ex hoc non consequebatur confusio sortium, ut satis patet. Nec legitur etiam, aliquam dispensationem fuisse super hoc factam, quâ tribus sacerdotalis & regia possent ad invicem commisceri per matrimonia. Non enim requirebatur in hoc dispensatio, quia Deus non prohibuit commixtionem tribuum, nisi tantùm ubi ex matrimonio posset sequi commixtio hæreditatum, ut patet secundum Veritatem Hebraicam, ut dictum est. Cajetanus: Multas & magnas Legis conditiones neglexit Interpres, unde in errores inducti sunt veteres qui alias versiones non inspexerunt, hâc solâ freti & usi. Videatur & Nicolaus de Lyra, Drusius, Amama, & alii.

Quæ verò causa sit illius hiatus in Targum Jonathanis, facilè est divinare. Error est manifestus, vel Exscriptoris, vel Librariorum. Nam cùm versus septimus & nonus ferè sint iidem, & iisdem verbis terminentur, ידבקו בני ישראל; inde incuriâ & ἀβλεψία saltum fecit seu Scriptor hujus Targum, seu Librarius, à versu septimo ad decimum, duos intermedios omittendo.

Hæc de ista Lege, ex Hebræis inferere placuit, quia ex discrepante illa Interpretatione Latina, diversæ quoque de ea sententiæ exiterunt: & illa etiam sæpè adducitur in Genealogia Christi, in explicando genere Josephi & Mariæ, ut saltem quid Hebræi de ea ferviant, & scribant, curiosi lectores ob oculos & in promptu habeant. Quamvis enim ista Hebræorum hujus Legis explicatio retineatur, nihil tamen impedit, quo minùs inde Mariæ genealogia ex eadem cum Josepho tribu sequatur, & probari possit; quia sc. cùm Mariæ nulli fratres fuerint; Virgo fuit ἐπίκληρος, quam Lex hæc obstrinxit, ut erudite id quoq; ostendit doctissimus Casaubonus, in loco paulò antè citato, cujus verba hîc subjiciemus; *Probat*, inquit, *Baronius, Evangelistas in genere Josephi simul & gloriosæ Virginis genus esse complexos: quod etsi verissimum est, atque adeò cunctis Christianis debet esse persuasissimum, non rectè tamen ab illo demonstratur. Institutum de non miscendis tribubus, quod ipse existimat Josepho necessitatem imposuisse, quia homo justus erat, ducendæ uxoris quæ esset*

2011 Ministerio de Cultura

esset è tribu Juda, non imperatur absolutè eâ lege Mosis, quam laudat Baronius è capite ultimo Numerorum. Nam ibi Moses non in universum de omnibus fœminis loquitur: sed de illis duntaxat, quæ in Athenienſium legibus Ἐπίκληροι *dicebantur, &* ἀπορόκτεις *opponebantur: hæ dotem certam è bonis paternis auferebant: illæ totam hæreditatem in dotem adferebant. Nam, ut ex Orationibus Isæi & Demosthenis liquet,* οὐκ ἐξῆν ἐπικλήροις ἔξω τῆς ἀγχιστείας γαμεῖν· ἀλλὰ προσῆκον ἦν αὐταῖς μετὰ τῶν χρημάτων πρὸς ἐγγύτατα γένους συνοικεῖν non licebat virginibus ἐπικλήροις extra cognationem enubere, sed oportebat ipsas unà cum bonis proximo agnato nubere. *Neq; solùm Athenis gentis enuptio vetita, sed etiam in aliis Græcorum civitatibus.* Diodorus Siculus libro 12. in Solonis & Charondæ legibus ita cautum hac de re fuisse testatur; Κελεύει ὁ νόμος τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἐγγυτάτω γένους, ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ ἐπικλήρου ἐπιδικάζεσθαι τῆς ἀγχιστείας. *ubi jus idem in viros & mulieres statuitur; ut proximus agnatus cum ea fœmina, ad quam gentis hæreditas est devoluta, judicio experiri possit, si nuptias ex lege recuset: & vice versâ virgo aut mulier in simili casu. Simillima fuit Lex Mosis, de qua in extremo illo capite Numerorum agitur. quod si intellexisset Baronius, ad omnia conjugia promiscuè illam non extendisset. Satis hoc exprimitur illis ipsis verbis, quæ Latinus Interpres omisit Numerorum capite 36. versibus octavo & nono. Quæ fuerit causa illius omissionis, nescio: observo tamen, iisdem codicibus cum Latino interprete usum & Jonathanem, Uzielis filium in suo Targum. Ex his sequitur, Beatam Virginem, non solùm ejusdem fuisse tribus Juda cum Josepho, sed etiam ex eadem gente & cognatione, nempe Davidica. Itaq; verè & doctè Epiphanius contra scelestissimum hæreticorum genus Antidicomarianitas scribit, Mariam Josepho esse traditam,* κλῆρον οὐς τοῦτο ἀναγκαίως ἀυτὴν ἦκεν quum jura hæreditatis, quam possidebat, eò ipsam adegissent. *Significat enim, Mariam fuisse Virginem* ἐπικλήρον. *Quod autem Epiphanius bona, quæ tùm beata Virgo obtinebat,* κλήρους *appellat, non* κλῆρον, *videtur id innuere, unà cum patris hæreditate, etiam aliorum agnatorum bona ad ipsam devoluta. Interpres Epiphanii horum verborum mentem non cepit.* Hactenus Casaubonus.

Sic actum est hactenus de Personis.

2011 Ministerio de Cultura

FORMA ET MODUS DESPONSANDI.

45.

IV. DESPONSATIONIS FORMA ET MODUS. De hoc scribunt, Mulierem seu Uxorem acquiri & desponsari posse tribus modis, Vel sc. *Pecuniâ*, vel *Instrumento seu Contractu scripto*, vel *Concubitu*. Majemonides libro citato cap. 1. בְּאֶחָד מִשְּׁלֹשָׁה דְּבָרִים אֵלּוּ הָאִשָּׁה נִקְנֵית בְּכֶסֶף אוֹ בְּשָׁטָר אוֹ בְּבִיאָה , בְּבִיאָה וּבְשָׁטָר מִן הַתּוֹרָה וּבְכֶסֶף מִדִּבְרֵי סוֹפְרִים h.e. *Uno aliquo ex his tribus modis comparatur Uxor; Pecuniâ, Instrumento literarum, & Concubitu. Et quidem Concubitu, & Instrumento literarum, ex Lege Mosaicâ; Pecuniâ verò, secundum verba Scribarum.* Quamvis sint qui velint, hunc quoq; modum esse secundum Legem Dei.

46.

Quocunque *trium* horum modorum acquiratur mulier, *tria* requiruntur alia; *primò*, ut id fiat בִּפְנֵי עֵדִים adhibitis testibus, & quidem minimùm *duobus*: Nam si quis coram uno duntaxat teste desponsârit, licet ambo sint confitentes, desponsatio tamen nulla est: sed & *legitimi* debent esse testes, apti secundum Legem ad testandum: *secundò*, ut disertis & conceptis verbis id faciat non Mulier, sed Vir, (quia Vir ducit Mulierem, non Mulier Virum) & quidem talibus, quæ *Accipiendi, Ducendi, Desponsandi, &c.* vim & sensum, citra omnem ambiguitatem, habeant; veluti; הֲרֵי אַתְּ מְאוֹרָסֶת לִי aut הֲרֵי אַתְּ מְקוּדֶּשֶׁת לִי *Ecce tu mihi es per hoc desponsata*: aut, הֲרֵי אַתְּ לִי לְאִשָּׁה בְּזֶה *Ecce tu mihi cum hoc es in uxorem*: הֲרֵי אַתְּ קְנוּיָה לִי *Ecce es mea empta*: הֲרֵי אַתְּ שֶׁלִּי *Mea es*: הֲרֵי אַתְּ לְקוּחָתִי *Es mea accepta, ducta*, חֲרוּפָתִי: Item, הֲרֵי אַתְּ בִּרְשׁוּתִי *Es in potestate mea*; Communior formula est; הֲרֵי אַתְּ מְקוּדֶּשֶׁת לִי בְּדָבָר זֶה כְּדָת מֹשֶׁה וְיִשְׂרָאֵל *En desponsata mihi es hac re, secundum ritum Mosis & Israëlis.* de quibus vide Majem. cap. 2. §. 1. & 6. *tertiò*, ut id fiat Linguâ, quam mulier intelligat, cap. 3. §. 8. וְאִישׁ לְאִישׁ לְקַדֵּשׁ הָאִשָּׁה בְּכָל לָשׁוֹן שֶׁהִיא מַכֶּרֶת בּוֹ , וְיִהְיֶה h.e. *Vir potest mulierem desponsare quavis linguâ, quam ipsa intelligat; modo verbis utatur significationem talem, ut modo dictum, habentibus.*

74. Quam-

2011 Ministerio de Cultura

47.

Quàmvis autem, secundum Legem Mosis quoque, licitum esse velint, בִּבְיָאָה *Concubitu* sibi mulierem desponsare; attamen non ampliùs isto modo utuntur מִשּׁוּם פְּרִיצוּתָא *quia id impudicum & lascivum est*, כְּדֵי שֶׁלֹּא יְהוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל פְּרוּצִים בְּדָבָר זֶה *ne Israëlitæ hac in re impudici fiant.* Et qui sic desponsat, מַכִּין אוֹתוֹ מַכַּת מַרְדּוּת *eum percutiunt pœnâ flagellationis vel fustigationis*; interim tamen קִדּוּשָׁיו קִדּוּשִׁין גְּמוּרִין *Desponsatio ejus est desponsatio absoluta & perfecta.* Hic verò sciendum, quòd licet olim licitum ac permissum fuerit; adhuc etiam hodiè, quantumvis non impunè, fieri possit, ut desponsatio fiat per Concubitum; id tamen non ita sit intelligendum, quasi hoc pacto Sponsalia & Nuptiæ simul celebratę fuerint, aut ab eo tempore Sponsa Sponso pro ipsius lubitu licita & permissa fuerit. Nequaquam. Actus duntaxat ille unicus ad confirmationem Desponsationis fiebat, neque sine adhibitis testibus, præsentibus non actui, sed stipulationi, quâ testabatur, se hoc concubitu, in loco segregato perficiendo, hanc sibi desponsare: neque, ut Drusius existimavit ad Matth. cap. 1. sponsa ideò desiit sponsa esse, vel Uxor revera fuit, vel Nuptiarum solennitas, & הַכְנָסָה לְחוּפָּה *Introductio in thalamum* ideò intermissa fuit.

48.

Duobus proin duntaxat modis honestè fit Desponsatio; *Pecuniâ*, vel *Re pecuniâ æquivalente*, & *Scripturâ.* Si *Pecuniâ* vel *Re pecuniâ æquivalente*, non debet ea minoris pretii esse quàm פְּרוּטָה *Pruta*: si minoris sit valoris, desponsatio nulla censetur. *Prutæ* autem est numulus exiguus, ponderis dimidii grani hordeacei de argento puro, ut alibi explicatum. Si *per Scripturam* fiat Desponsatio, scribet Vir Desponsans, vel super chartam, vel super testam, vel super folium aliquod, vel super quamcunque rem voluerit, formulam aliquam Desponsandi, quales suprà vidimus; tradetq; mulieri coram testibus. Sed & Nomen Desponsatæ diserte debet exprimi, neq; id ipsâ insciâ vel nolente fieri.

49.

Non enim desponsatur *Mulier*, אֶלָּא לְרָצוֹנָהּ *nisi voluntariè*: & quicunq; desponsat aliquam בְּעַל כָּרְחָהּ *per coactionem*, ejus desponsatio nulla est. Sed *Vir*, quem coëgerunt, ut invitus ali-

2011 Ministerio de Cultura

quam desponset, ejus desponsatio rata est. Causam hujus diversitatis quidam hanc reddunt, quòd Vir possit Mulierem iterùm repudiare, quam facultatem Mulier in Virum non habet.

50.

Ad honestatem Sponsalium vindicandam, duo invenio alia ab Hebræis, sub flagellationis pœnâ, prohibita; quamvis Desponsationem non planè reddant irritam: 1. מקדש בשוק *si quis desponsationem faciat in platea*: 2. המקדש בלא שדוכין *Si quis desponsat sine* שדוכין, de quo mox dispiciemus; Ratio additur, פדישלא יהא דבר זה הרגל לונות ודמה לקדשה שהיתה קודם מתן תורה *ne res hæc assuefaciat ad scortationem, & desponsa assimiletur prostibulo publico, qualia fuerunt ante datam Legem*, Majemon. l. c. cap. 3. §. 22. Nam, ut idem scribit cap. 1. §. 4. קודם מתן תורה היה אדם פוגע אשה בשוק אם רצתה הוא והיא נותן לה שכרה ובועל אותה על אם הדרך והולך ווו היא הנקראת קדשה *ante Legem, si vir obviam factus fuit mulieri, atque utriusque voluntas accesserit, dabat ei mercedem, & concumbebat cum ea in publica viâ, posteáque iterum abibat. Et hæc est, quæ vocatur* קדשה Kedéscha.

51.

De primo modo hîc prohibito nulla est difficultas. Dubium autem, & obscurum nonnihil, *Quid per* שדוכין *intelligatur?* Verbum שדך in hac materia, in Talmud & Ritualibus Judæorum sæpiùs invenio, sed Glossatores illud non explicant. Lexicographi hîc etiam deficiunt. Elias in Thisbi, & David de Pomis, exponunt quidem illud, sed nimis generaliter, & non satis accuratè: neque enim video, quomodo illorum explicatio locis possit applicari. Elias in Tisbi scribit: לשון שדוך נופל על זווג שמזווגין יחד איש ואשה ובלשון עברי נקרא חתון בלשון אשכנז בשוועגרן ובלעז פירינטר *Verbum* שדך *dicitur de Conjunctione, quâ conjunguntur simul Vir & Fœmina, & vocatur in linguâ Hebræâ* חתון Affinitas, *vel*, Affinitatem contrahere, *in lingua Germanica*, B. schwägeren / *in lingua Italica*, Parintar. Sic etiam David de Pomis. Aliquid dicunt, sed non satis: Gradus enim hujus Conjunctionis sunt plures. Nam vel ex hoc uno loco, de quo quærimus, apparet, non esse idem prorsus quod קדש vel אירס *Desponsare*, neque idem quod נשא *Uxorem ducere, Nuptias celebrare*; sed aliquid

2011 Ministerio de Cultura

quid magis ſpeciale, quod utrumque præcedat, & non negligendum videtur, quia dicitur, Deſponſationem non eſſe faciendam ſine שִׁדּוּךְ. Hinc enim manifeſtum eſt, שִׁדּוּךְ nequaquam eſſe קִדּוּשׁ. Videamus ergo nos, quid hoc ſit.

Verbum שִׁדֵּךְ in Bibliis Hebraicis non legitur, ſed in Targum, & reſpondet Hebræo שָׁקַט, הִשְׁקִיט *Quietum, Tranquillum reddere, Sedare, Placare*, ut in Lexico Chaldaico videre eſt. Apud Rabbinos, in materia Sponſalium uſurpatum, ſignificat, *Spondére, Deſpondére: Affinitatem vel Nuptias inter aliquos conciliare, Conjungere: Internuntium & Mediatorem, ſeu Proxenetam, inter duas partes vel agere, vel etiam adhibere*; quia videlicet talis Deſponſio puellæ vel fœminæ, fit ejus Placatione, Perſuaſione, & Pellectione, ut in connubium conſentiat. Hinc שִׁדּוּךְ *Sponſio, Deſponſio talis.* plur. שִׁדּוּכִין. Item שַׁדְכָן *Internuntius, Mediator, Conciliator:* שִׁדְכָנוּת *Conciliatio, Conjunctio, Copulatio talis.* Perſonæ ſic deſponſæ, & Vir quidem, vocatur מְשׁוּדָּךְ *Deſponſus*; Puella ſeu Mulier מְשׁוּדֶּכֶת *Deſponſa.* Hinc ſæpe: אִם קִלְקֵל הַמְּשׁוּדָּךְ מַעֲשָׂיו *Si deſponſus corruperit actiones ſuas, &c.*

Differt à קִדּוּשׁ, quòd *hoc* propriè de ſolenni Deſponſatione dicitur, quæ fit coram teſtibus, & adhibitâ conſecratione; *illud* (ſc. שִׁדּוּךְ) de Sponſione ſeu Deſponſione privatâ, ſolennem præcedente, quâ quis *Vel ipſemet*, ei quam procatur, dat fidem conjugii, eamque ſibi deſpondet & conciliat; *Vel internuntiis* utitur: vel *quando Parentes* filiam alicui privatim deſpondent, & ad conjugium promittunt. Unde & de his tribus perſonis uſurpatum legitur:

De Sponſo, ſeu *Deſpondente*: ut; *Si quis aliquam ſibi* קִדֵּשׁ deſponſarit (ſc. ſolenniter, adhibitis teſtibus) *per concubitum*, אִם לֹא שִׁדְּכָהּ תְּחִלָּה *niſi priùs eàm deſponderit, ſibi conciliarit, & conſenſum ejus ad deſponſationem impetrârit, flagellatur.* Sic ſæpè legitur, אִם לֹא קִדְּמוּ בֵּינֵיהֶם שִׁדּוּכִין *Si nullæ ſponſiones, conciliationes antea inter ipſos interceſſerint.* אִישׁ וְאִשָּׁה שֶׁהָיוּ בֵּינֵיהֶם שִׁדּוּכִין Vir & mulier, inter quos ſunt ſponſiones.

De Parentibus: ut; הַמְשַׁדֵּךְ בִּתּוֹ לַחֲבֵירוֹ וְשִׁלַּח לוֹ בְּגָדִים וְתַכְשִׁיטִין וְאַחַר כַּךְ נִתְבַּטְּלוּ הַשִּׁדּוּכִין *Si quis ſponderit filiam ſuam amico ſuo, eiq; veſtes & ornamenta tranſmiſerit; poſtea verò ſponſiones illæ irritæ factæ fuerint, revocatæ ab alterutro, &c.* רְאוּבֵן שִׁדֵּךְ בִּתּוֹ לְשִׁמְעוֹן

2011 Ministerio de Cultura

מִי שֶׁשִּׁדֵּךְ בִּתּוֹ וְנָדַר לָתֵת עִמָּהּ *Ruben ſpopondit filiam ſuam Simeoni:* כַּךְ מֵעוֹת וְאַחַר כַּךְ נִתְקַלְקְלוּ הַחוֹבוֹת וכו' *Qui deſpondit filiam ſuam, vovitq; ſe certam pecuniæ ſummam cum ea daturum, poſtea verò mala facta ſint nomina vel debita, &c.*

De *Proxenetis* etiam & *Internuntiis*, *eorumq; operâ*, dici, ex ſequentibus apparet: In *Schylchan Aruch*, in חשן המשפט, Num.158. ad §. 1. legitur in gloſſa: הַשַּׁדְכָן הוּא כְּמוֹ סַרְסוּר וְאִם הַשַּׁדְכָן רוֹצֶה שֶׁיְּשַׁלְּמוּ לוֹ מִיָּד שְׂכַר שַׁדְכָנוּתוֹ וְהַבְּעָלִים אֵינָם רוֹצִים לְשַׁלֵּם עַד הַנִּשּׂוּאִין וכו' h.e. שַׁדְכָן Schadchan *eſt veluti* סַרְסוּר *Proxeneta, Internuntius. Quod ſi ergo* שַׁדְכָן *velit, ut merces* שַׁדְכָנוּתוֹ *conciliationis ſeu operæ ſuæ in conciliatione præſtitæ, ſibi ſtatim perſolvatur, domini verò nonniſi poſt nuptias eam ſolvere velint, faciendum pro conſuetudine cujuſque loci.* Sic ibidem Num.264. ad §. 7. אֵין לוֹ אֶלָּא שְׂכַר אֵיפּוּי שֶׁהִתְנָה עִמּוֹ לָתֵת לוֹ הָרִבְּדִיּוֹת בְּשַׁדְכָנוּת *In conciliatione nuptiarū nonniſi merces ordinaria perſolvitur ei, licet pluris cum ipſo ſit pactus.* Ibid. Num.87. ad §. 39. וְזֶה הִגְבָּעוֹ בְּשֵׂכָר שַׁדְכָנוּת וְזֶה כָּפַר וְאָמַר שֶׁלֹּא הָיָה שַׁדְכָן שֶׁלּוֹ *Si exegerit mercedem conciliationis nuptiarum, hic verò negaverit & dixerit, illum non fuiſſe proxenetam ſuum.*

Porrò שִׁדּוּכִין videntur etiam vocari quandoque *μνήσεα* ſeu *Pignora & Arrhæ*, mutuò datæ in confirmationem Promiſſionis ſeu ſponſionis. Hinc legitur in כל בו *Col-bo* folio 86. col.4. שִׁדּוּכִין הַמְשִׁימִין בְּנֵי אָדָם שֶׁמְּזַוְּגִין יַחַד פָּסְקוּ הַתּוֹסְפוֹת אִם אֶחָד מֵהֶם חָזַר קָנַס חֲבֵרוֹ וְחָרַם כָּל הַשִּׁדּוּכִין לְפִי שֶׁבַּיָּשׁ אוֹתוֹ שֶׁאֵינוֹ יָכוֹל לְמָצוֹא זוּג כָּל כָּךְ טוֹב כְּמוֹ שֶׁהָיָה עוֹשֶׂה מִקּוֹדֶם h. e. *Sponſiones, μνήσεα, quæ deponunt ii, qui conjugium ineunt, de iis ſtatuerunt Additiones Talmudicæ, ſi alterutra pars retractarit aut revocarit, alteram lucrari omnia μνήσεα; eò quòd pudore eam affecerit, adeò ut non amplius tam præſtantem inveniré poſit comparem vel conjugem, ſicut antea.* Confer Schylchan Aruch, in אבן העזר Nu-mer.3. §.6. Hinc etiam legimus, impoſitam fuiſſe קנס mulctam in hujuſmodi שִׁדּוּכִין ſeu ſponſionibus retractanti. Schylchan Aruch in חשן משפט Num.208. §.16.

Ex his jam clariùs liquere videtur, quid Verbum שִׁדֵּךְ, & Nomen inde deductum שִׁדּוּכִין, in hac materia ſibi velint. Quando ergo prohibent, ne quis fœminam aliquam deſpondeat (putà ſolenniter & coram teſtibus,) בְּלֹא שִׁדּוּכִין ſine *Schiddúchin*, hoc ſibi velle

2011 Ministerio de Cultura

velle videntur, Ne quis temerè & subitò ad aliquam de præsenti sibi desponsandam provolet, cujus statum & conditionem non antea explorarit, cujus animum & voluntatem non priùs tentarit, & tùm honesto ambitu, tum amicabili sponsione sibi conciliarit, eò quòd præceps & subitanea istiusmodi desponsatio, atque ad nuptias festinatio, partim sit periculosa, partim etiam scandalosa, animi lascivi & libidinosi index. שִׁדּוּכִין itaque sunt, *Sponsio, Desponsatio quasi privata, & de futuro:* קִדּוּשִׁין *Sponsalia solennia, & de præsenti.* Unde & שִׁדּוּכִין seu Sponsiones ejusmodi privatæ non sunt ratæ, & efficaces vel sufficientes, nisi קִדּוּשִׁין, solennis Desponsatio accesserit & subsequuta fuerit. Confirmantur tamen etiam instrumento scripto, seu libello, cujus Formulam, cum nonnullis aliis, vide ad finem hujus Dissertationis. Perganus.

52.

Porrò potest etiam Desponsatio utrinque fieri per שְׁלִיחַ *Legatum, Nuncium*, seu *Procuratorem*; ita tamen, ut, si fœmina Procuratorem talem constituat, id faciat coram testibus, quod in Viro Legatum substituente non requiritur. Talem Legationem seu Procurationem obire possunt omnes, excepto Surdo, Stulto, Minorenni, Gentili (Christiano) & Servo. Legatus viri dicet ad eam; הֲרֵי אַתְּ מְקוּדֶשֶׁת לְפְלוֹנִי בְּכֶסֶף זֶה, אוֹ בְּשְׁטַר זֶה *En desponsata es huic vel illi N. N. hac Pecuniâ aut his Literis.* Si mulier Legatum habeat, qui Desponsationem ipsius accipiat, dicit ad eum; הֲרֵי פְלוֹנִית שֶׁשְּׁלָחָה אוֹתְךָ מְקוּדֶשֶׁת לִי *Ecce N. N. quæ ablegavit te, desponsata mihi est: & hîc vicissim ad ipsum;* מְקֻדֶּשֶׁת לְךָ אוֹ אִירַסְתִּיהָ לְךָ אוֹ נְתַתִּיהָ לְךָ לְאִשָּׁה וְכֹל כְּיוֹצֵא בָּזֶה *Desponso eam tibi, vel, Do eam tibi in uxorem, vel simile quid.* Eadem est ratio si quis desponsat sibi aliquam per Parentem ipsius.

53.

Hoc licet ita fieri possit; nihilominus tamen; מִצְוָה הִיא שֶׁיְּקַדֵּשׁ אָדָם אִשְׁתּוֹ בְּעַצְמוֹ יוֹתֵר מִעַל יְדֵי שְׁלוּחוֹ, וְכֵן מִצְוָה לְאִשָּׁה שֶׁתְּקַדֵּשׁ עַצְמָהּ בְּיָדָהּ יוֹתֵר מִעַל יְדֵי שְׁלוּחָהּ *præceptum est, ut homo seu vir uxorem suam per seipsum potiùs sibi desponsat, quàm per Legatum: mulier item ipsa potiùs Desponsationem suam accipiat manu suâ, quàm per Legatum.*

54.

Hinc & nemo debet aliquam desponsare, עַד שֶׁתֵּרָאֶנָּה וְתִהְיֶה כְּשֵׁרָה

2011 Ministerio de Cultura

כְּשֶׁרָה בְעֵינָיו *donec eam viderit, & ipsi placuerit.* Fortassis enim non inveniet gratiam in oculis ejus, & iterum repudiabit, vel certè odio habebit eam.

55.

Si Procurator ad desponsandam aliquam pro alio, sibi ipsi eam despondeat, tum ea desponsata manet Procuratori: אֲבָל אָסוּר לַעֲשׂוֹת כֵּן וְכָל הָעוֹשֶׂה דָּבָר זֶה וְכֵיוֹצֵא בְּשֵׁאָר דִּבְרֵי מֶקַח וּמִמְכָּר נִקְרָא רָשָׁע *sed prohibitum est ita facere: quicunq; hoc, vel simile quid in cæteris contractibus facit, vocatur Improbus.*

56.

Desponsationi huic solenniter & testatò factæ, adjungenda, & quidem præmittenda est, sive per semetipsum, sive per legatum, Benedictio & Consecratio, adhibito Poculo Vini vel cerevisiæ, quæ talis; בְּ"אי אמ"ה אק"בו וְהִבְדִּילָנוּ מִן הָעֲרָיוֹת וְאָסַר לָנוּ אֶת הָאֲרוּסוֹת וְהִתִּיר לָנוּ אֶת הַנְּשׂוּאוֹת ע"י חוּפָּה וְקִדּוּשִׁין בְּ"אי מְקַדֵּשׁ יִשְׂרָאֵל *Benedictus sit Dominus Deus noster, Rex mundi, qui nos præceptis suis sanctificavit, & à scortatione separavit, qui desponsatas nobis prohibuit, & per nuptias ac desponsationem ductas, concessit. Benedictus sit Dominus Deus, sanctificans Israëlem.*

57.

Solet etiam Desponsatio apud Hebræos *Annulo* confirmari. In *Sepher hachinnuch* fol. 205. col. 2. נָהֲגוּ יִשְׂרָאֵל לְקַדֵּשׁ בְּטַבַּעַת לִהְיוֹת בְּיָדָהּ תָּמִיד לְמַזְכֶּרֶת h. e. *Consueverunt Israëlitæ desponsare cum annulo, qui jugiter sit in manu ipsius pro mnemosyno, ut recordetur, se eo esse comparatam Viro suo.* Annulus autem debet esse ex auro puro, sine inserta gemma, idque ideò ne fraus aliqua intervenire possit, adulterinam sc. gemmam pro vera, vilem pro pretiosa sponsæ offerendo, & hac ratione desponsatio fiat erronea & vana. Sponsus sponsæ digito Annulum debet inserere, & dicere, הֲרֵי אַתְּ מְקוּדֶּשֶׁת לִי בְּטַבַּעַת זוֹ כְּדַת מֹשֶׁה וְיִשְׂרָאֵל *En desponsata mihi es per hunc Annulum, secundum ritum Mosis & Israëlis:* in Col-bo fol. 86. col. 4. Item in Sepher mitzvoth gadol, in Præcepris Affirmativis, fol. 125. col. 4. (Majemonides annuli non meminit). Infigendus autem est Annulus Digito indici, שֶׁאֶצֶל הַגּוֹדֶל qui juxta pollicem est. Victor de Carben, Judæus baptizatus, scribit in Opere suo aureo contra Judęos cap. 11. (quod editum Coloniæ, Anno 1509): *Judæus sponsus sponsæ, tempore nuptiali*

2011 Ministerio de Cultura

ptiali (vel desponsationis) *annulum oblaturus, diligenter animadvertere debet, an indicem exporrigat sponsa, cui annulus immitti debet, ne sc. annulus medio imponatur digito, in quo scribunt, Mariam, viro Josepho desponsatam, annulum suscepisse & gestasse: unde nulla Judæa annulum in medio digito in hunc diem portat.* Hæc ille. Ego id hactenus in ipsorum libris non inveni. Annulo communiter insculpunt; מַזָּל טוֹב *Fortuna bona* (adspiret), *Faustum felixq; sit*: quâ formulâ etiam in gratulationibus utuntur.

58.

Transmittunt etiam invicem varia dona & munuscula, quæ סבלונות vocant, Latini, ni fallor, *Sponsalitia*; & quidem nonnulli ante Sponsalia, alii verò, & major pars, pòst. Majemon. in הלכות אישות cap. 9. §. 28.

59.

Accesserunt & Gratulationes, Convivia, ac similes festivitates, lætitiæ testes. Hinc scribit iterum Majemonides cap. cit. §. 22. *Si rumor de muliere aliqua exiverit, quòd sit desponsata* ח"ו N. *ea habetur pro desponsata, etiamsi non adsit* רְאָיָה בְּרוּרָה *clara probatio. Rumor verò debet confirmari in domo Judicii, secus nulla habetur ejus ratio. Quomodo verò comparatus esse debet rumor, qui sufficiens sit, ut aliqua habeatur pro desponsata? Exem. Gr. Si duo venerint, & testati fuerint, quòd viderint Lucernas ardentes, Lectos sive pulvinaria strata, (id est, Mensas instructas) Homines ingredientes & egredientes,* וְנָשִׁים שְׂמֵחוֹת לָהּ *Mulieres ei* συγχαιρόνλας *& congratulantes, ac dicentes,* אִ"ש N. *Desponsata est hodiè, &c.* Mentio etiam fit שִׂמְחַת אֵירוּסִין *Lætitiæ vel festivitatis Sponsaliorum*, seu, סְעוּדוֹת אֵירוּסִין *Conviviorum sponsalitiorum*, in Even haëser, in הלכות קידושין Numer. 50. §. 3.

60.

Qui *sub Conditione* (עַל תְּנַאי) desponsat aliquam, impletâ conditione, desponsatio habetur rata; si non impleatur, desponsatio nulla est. Ad Conditionem talem, hîc, ut & in cæteris contractibus, *quatuor* requiri dicunt; ex quibus si unum deficiat, conditio est otiosa, & contractus validus; 1. שֶׁיִּהְיֶה הַתְּנַאי כָּפוּל *ut conditio sit geminata*, 2. שֶׁיִּהְיֶה הֵן שֶׁלּוֹ קוֹדֶם לְלָאו *ut conditionis affirmativa præcedat negativam*: 3. שֶׁיִּהְיֶה הַתְּנַאי קוֹדֶם לְמַעֲשֶׂה *ut conditio*

2011 Ministerio de Cultura

prior sit actione, 4. שֶׁיִּהְיֶה הַתְּנַאי דָּבָר שֶׁאֶפְשָׁר לְקַיְּמוֹ *ut conditio sit res quæ impleri possit.*

Ex. Gr. Si quis dicat ad mulierem; *Si dederis mihi ducentos florenos, desponsata mihi eris hoc denario; si verò non dederis, non eris mihi desponsata; & conditione hac præmissâ, ei demùm dederit denarium,* tum, conditione à muliere impletâ, desponsata erit mulier; non impletâ, non erit desponsata. Quod si verò dicat; *En desponsata mihi es hoc denario*, &, denario dato, demùm conditionem annexat; *Si mihi dederis, &c.* tùm conditio hæc otiosa & nullius momenti est: quia Actio præcessit, & denario dato demùm conditionem protulit, & desponsatio rata est.

Sic; si dixerit quis mulieri; *Si dederis mihi ducentos florenos, eris mihi desponsata per hunc denarium; & hoc dicto denarium in manum ipsi dederit*, conditio est otiosa: quia eam non geminavit, dicendo etiam; *Si non dederis, &c.* & desponsatio rata.

Ita, si dixerit ei; *Si non dederis mihi ducentos florenos, non eris mihi desponsata; si verò dederis mihi ducentos florenos, eris mihi desponsata hoc denario; & hoc dicto denarium in manum ei dederit*; conditio hæc nulla est, quia partem conditionis negativam præmisit affirmativæ, & mulier talis eo ipso temporis puncto est desponsata, nec tenetur ei quicquam dare.

Sic, si dixerit ei; *Si ascenderis in firmamentum, aut descenderis in abyssum, eris mihi desponsata hoc denario, & postea demùm ei dederit denarium, &c.* tùm conditio hæc frustranea est, & mulier desponsata: quia conditio est impossibilis, & perinde est ac si jocaretur & luderet verbis istis.

Qui verò conditionem proponit, de re, quæ factu quidem possibilis, sed Lege Divinâ est prohibita, veluti; *Si comederis adipem, carnem suillam, eris mihi hoc numo desponsata; si non comederis, non eris desponsata; & conditione propositâ numum ei dederit*; tùm conditio ista valet, ut, siquidem mulier comederit, desponsata sit; si non comederit, non sit desponsata, &c. Quædam tamen hîc excipiuntur.

61.

Porrò, si quæ sub legitima conditione desponsetur, ea non desponsata censetur, nisi ab eo tempore quo conditio impletur; putà, nisi expressè addiderit מֵעַכְשָׁיו *A nunc* eris mihi desponsata.

Unde,

2011 Ministerio de Cultura

Unde, si hanc vocem non addiderit, & alius quis eam absolutè sibi despondeat tempore intermedio inter conditionem prolatam & impletam, desponsata est secundo.

Plurimos hîc hujusmodi sponsionum conditionatarum formant casus, quos non lubet persequi.

62.

Si quis seu *animo fallendi*, seu alio, ad mulierem dicat, V. G. *Desponsata mihi eris hoc poculo vini; quòd deinde deprehendatur esse melis, aut vice versâ; numo hoc argenteo, qui postea reperiatur aureus, aut vice versâ, vel simile quid, quod, seu absolutè, seu tanquam conditionem adjicit, & postea aliter deprehendatur*, desponsatio irrita habetur. Nec juvat, etsi dixerit vel Ipsa; *Animus mihi fuit ut ipsi desponser, licet me fefellerit:* vel Ipse; *In animo habui eam mihi despondere, licet eam fefellerim:* quia הַדְּבָרִים שֶׁבַּלֵּב אֵינָם דְּבָרִים *Verba quæ sunt in corde, non sunt verba.* Majemon. cap.8.§.1.2.

63.

Si mutua stipulatio & desponsatio intercesserit inter Virum & Mulierem, etsi vel ipsa vel ipse è vestigio, & בְּתוֹךְ כְּדֵי דִבּוּר *in ipso quasi dicto*, pœnitentiâ ducti, revocaverint, revocatio ipsorum nulla est, & desponsatio mulieris rata. Majemon. cap.7.§.22.

Hactenus de Forma & modo Desponsandi.

FINIS SPONSALIUM.

64.

5. FINEM Desponsationis quod attinet, is non simpliciter consistit in Nuptiis & Matrimonio, cujus gratiâ desponsatio instituitur; sed in *Matrimonio piè, honestè, & prudenter*, tam auspicando quàm consummando; Facit n. Desponsationis hæc actio,

Ad *Pietatem*, quòd Desponsationi benedictionem & consecrationem solennem adjungendam, imò præmittendam ordinârunt, ut suprà visum, ut sic à Dei Opt. Max. laudibus, & cum Ipso, tanti momenti contractus auspicaretur.

Ad *Honestatem*, & Τάξιαν, ut omnia κατὰ τάξιν, & secundum τὸ πρέπον fiant. Sponsalibus enim præcedentibus cavetur, ne conjuges effræni impetu, statim ut facta est stipulatio, ad concubitum proruant, sed decorum observent. Hinc scribitur in

2011 Ministerio de Cultura

ספר החנוך fol. 205. col. 2. *Præcepit nobis Lex actionem hanc cum muliere, ante conjugii consummationem,* שֶׁלֹּא יָבוֹא עָלֶיהָ כְּבָא עַל הַזּוֹנָה מִבְּלִי מַעֲשֶׂה אַחַר קוֹדֶם בִּינֵיהֶם *ne ad eam veniat, sicut quis venit ad scortum, sine ulla præcedanea actione.* Huc quoque facit, quòd res hæc non clandestinè est peragenda, sed in præsentia Testium; omnis sc. confusionis vitandæ causâ. Dicunt etiam ideò fieri desponsationem, כְּדֵי שֶׁתְּהֵן הָאִשָּׁה אֶל לִבָּהּ לְעוֹלָם שֶׁהִיא קְנוּיָה לְאוֹתוֹ הָאִישׁ וְלֹא תִּזְנֶה תַּחְתָּיו וְלֹא תִּמְרוֹד בּוֹ וְתִתֵּן אֵלָיו יֶקֶר וְהוֹד לְעוֹלָם כְּעֶבֶד לַאֲדוֹנָיו *ut mulier animo suo perpetuò recolat, quòd sit empta ab illo viro, ac proinde sibi caveat, ne vel clàm ipso scortetur, vel ei rebellet & obstrepat, sed potiùs honorem ei semper deferat, ut servus domino suo.*

Ad *Prudentiam*; quòd intermedio isto tempore, ex honesta conversatione, alter alterius mores, ingenium, & naturam meliùs & propiùs dignoscere, atque eidem commodiùs se attemperare discat; hincque etiam amor ac benevolentia ipsorum mutua accrescat: quòd item sic tempestivè, num aliquid fortassis sit, quod matrimonii consummationem impedire possit, dispici queat, quod matrimonio consummato, non amplius, aut certè non sine infamia & macula, fieri potest.

CONSEQUENTIA.

65.

Quando duæ personæ, dicto modo, legitimè sunt desponsatæ, tùm, Usq; ad nuptias *Mulier* vocatur מְקוּדֶשֶׁת vel מְאוֹרָסֶת *Desponsata*, אֲרוּסָה *Sponsa*; *Vir* autem, אָרוּס *Sponsus.*

66.

Fœmina etiam, ex quo desponsata est, אע"פי שֶׁלֹּא נִבְעֲלָה וְלֹא נִכְנְסָה לְבֵית בַּעְלָהּ חֲרֵי הִיא אֵשֶׁת אִישׁ *licet nondum vel à viro cognita, vel in domum mariti sui sit ingressa*, est Uxor viri: *& qui rem cum ipsa habet, excepto marito ipsius, reus est supplicii capitalis, à domo judicii infligendi: & si maritus seu sponsus ejus velit eam repudiare, oportet ut id faciat libello Repudii.* Majemon. cap. 1. §. 3.

67.

De Tempore, quo Desponsati manent, usque ad completionem Matrimonii per nuptias, nihil certi constitutum lego. Leo de Modena scribit parte 4. cap. 3. Historiæ suæ: *Quidam ita desponsati*

2011 Ministerio de Cultura

ſponſati manent per integrum annum: alii per ſemeſtre; plus ſc. vel minus pro voluntate, vel commoditate partium contrahentium.

68.

Interea autem quamvis אֲרוּסָה Deſponſata revera jam ſit *Uxor viri*, attamen nondum eſt אֵשֶׁת אִישׁ גְּמוּרָה *Uxor viri mera & abſoluta*; ſed אֲסוּרָה לְבַעְלָהּ כָּל זְמַן שֶׁהִיא בְּבֵית אֲבִיהָ *prohibita eſt marito* (ſponſo) *ſuo, ex ſtatuto Scribarum, quamdiu eſt in ædibus patris ſui:* וְהַבָּא עַל אֲרוּסָתוֹ בְּבֵית חָמִיו מַכִּין אוֹתוֹ מַכַּת מַרְדּוּת *& qui rem habet cum deſponſata ſua in domo ſoceri ſui, is luit pœnam contumaciæ* (flagellationis). Idem cap.10.§.1. Præterea etiam, ſi gravidam reddat, infans juxta quoſdam pro ſpurio habetur. Sic enim legitur in Talmud, Jevammoth fol. 69. col. 2. הַבָּא עַל אֲרוּסָתוֹ בְּבֵית חָמִיו רַב אָמַר הַוָּלָד מַמְזֵר וּשְׁמוּאֵל אָמַר הַוָּלָד שְׁתוּקִי *Si quis congrediatur cum deſponſata ſua in domo ſoceri ſui, infans eſt ſpurius ex ſententia* רב *Raf; vel ſaltem* שתוקי *anceps, incerti patris.* Id amplius declaratur à R. Moſe Majemonide, in אסורי הלכות ביאה cap.15.§.17. אֲרוּסָה שֶׁנִּתְעַבְּרָה וְהִיא בְּבֵית אֲבִיהָ וְהָרִי הַוָּלָד בְּחֶזְקַת מַמְזֵר וְאָסוּר בְּבַת יִשְׂרָאֵל וְאָסוּר בְּמַמְזֶרֶת *Deſponſata ſi gravida fiat in domo patris ſui, infans habetur pro ſpurio, & prohibitus eſt filiæ Iſraëlis honeſtæ, imò & ſpuriæ. Quod ſi examinetur mater ejus, & dicat; Ex ſponſo meo imprægnata ſum, creditur ei, & infans eſt legitimus: quòd ſi verò ſponſus ejus eam mendacii arguat, & dicat, Per vitam meam nunquam rem habui cum ea; infans eſt ſpurius, licet pro filio ejus habeatur, &c. Quod ſi famâ populi differatur, ac ſi non ſolùm cum ſponſo, ſed & cum alius rem habuiſſet, infans eſt* ממזר ספק *Spurius dubius, illegitimus, &c.* vide & אבן עזר Numer.4.§.27.28. Quinimò licet quis per Concubitum aliquam ſibi deſponſarit, prohibetur tamen ſecundâ vice cum ea congredi, donec eam in domum ſuam traduxerit, & ſibi per nuptiarum ſolennitatem publicam junxerit, quæ vocatur כְּנִיסָה לְחוּפָּה *Introductio in thalamum*: item נִשּׂוּאִין *Nuptiæ.* Et tamdiu manet אֲרוּסָה Sponſa, donec in thalamum, ſeu domum mariti traducatur (hac enim ſolâ conſummatur matrimonium). Poſtmodum, tempore nuptiarum, quæ per ſeptem dies durant, *Sponſus* vocatur חָתָן, Sponſa, כַּלָּה. Nuptiis celebratis, eſt אֵשֶׁת אִישׁ גְּמוּרָה *Uxor viri mera & abſoluta.*

69.

Nuptiarum ſolemnitas publicè coram Eccleſia, & iterum, cum

2011 Ministerio de Cultura

solenni Benedictionis formula est consecranda; cujus rei rationem hanc reddit Majemonides in מורה נבוכים parte 3. cap. 49. *Si*, inquit, *sufficeret privatim illud facere, multi reperirentur, qui meretricem ad aliquod tempus in ædes suas introducerent, ac dicerent, illam Uxorem suam esse. Propterea constitutum est, ut posteaquam Vir per sponsalia aliquam sibi desponsavit, nuptiæ postea publicè celebrentur, exemplo Boasi, de quo legitur*; Et accepit Boas decem viros, &c. Ruth. 4. v. 2.

70.

Necessarium quoque Uxoris, & ad consummationem matrimonii, requisitum est כתובה *Dos*, & Instrumentum dotale, quod scribendum & cõfirmandum ante introductionem in thalamum. Majemon. in הלכות אישות cap. 10. §. 7. *Scribenda est sponso, dos vel donatio propter nuptias ante introductionem in thalamum: & tum demùm licita est ei uxor. Sponsus autem debet solvere mercedem scribæ: Alia est dos virginum, alia viduarum. Virgini non dantur infra* 200. *florenos: Viduæ non minus quàm* 100. De his integer extat Tractatus Talmudicus כתובות, *De Jure Dotium*, & pleni sunt libri Rituales Judæorum. Formulam autem hujusmodi Instrumenti dotalis invenies sub finem hujus Dissertationis. Reliquas nuptiarum Judaicarum solemnitates & consuetudines, vide in Synagoga Judaica Patris mei, cap. 28.

Sed satis de his. Progrediamur ad Repudia, seu Divortia.

DE REPUDIIS seu DIVORTIIS.

71.

DE REPUDIIS seu DIVORTIIS prolixè agunt Hebræi. Nos verò, instituti nostri rationem habentes, & quæ illi diffusissimè de iis scribunt, hîc quoque in certos limites contracturi, de sequentibus quæstionibus potissimùm, quædam ex illorum libris delibabimus, *1. Quónam Repudiorum referant Originem & Institutionem? 2. Quænam apud ipsos sit Repudiorum forma & modus? 3. Inter quas personas hæc repudiandi forma*

2011 Ministerio de Cultura

di forma locum habeat & requiratur? 4. Quæ ſecundum ipſos juſtæ & ſufficientes ſint Repudiorum & Divortiorum cauſæ? & 5. Quædam Repudium Conſequentia.

Antequam autem id aggrediamur, de hoc duntaxat Lectorem monebimus, nos inter *Repudia* & *Divortia* nullum diſcrimen facere, idq; non ſolùm Hebræorum exemplo; ſed & Latinorum, qui promiſcuè vocabula hæc uſurpant.

ORIGO DIVORTIORUM.

72.

ORIGINEM ergo Repudiorum & Divortiorum arceſſunt Hebræi ex Lege Moſis, Divinæque inſtitutionis eſſe volunt. Lege quippe Dei non ſolùm permiſſa volunt eſſe Divortia, ſed & præcepta. Hinc ſcribunt in Talmud, libro Kiddúſchin: מִי שֶׁצִּוָּה בִּנְשׂוּאִין צִוָּה בְּגֵרוּשִׁין *Idem qui* præcepit *de Nuptiis*, præcepit *etiam de Divortiis*. Hinc dicunt etiam vulgò, אִשָּׁה רָעָה מִצְוָה לְגָרְשָׁהּ *De muliere mala* præceptum eſt, *ut expellatur*. Et inter ſententias Ben Syræ legitur in Sanhedrin fol.100.2. אִשָּׁה רָעָה צָרַעַת לְבַעְלָהּ מַאי תַּקָּנְתָּהּ יְגָרְשֶׁנָּה מִבֵּיתוֹ וְיִתְרַפֵּא מִצָּרַעְתּוֹ *Mulier mala lepra eſt marito ſuo. Quodnam eſt ejus remedium? Expellet eam è domo ſua, & curabitur à lepra ſua.* Cum quo convenit aliquo modo, quod legitur in Syracide noſtro Cap.25.v.36. *Si ductum manus tuæ non ſequitur, à corpore tuo eam abſcinde. Da ei libellum, & repudia.*

73.

Præceptum hoc Divinum petunt iterum ex Moſe Deuteron. cap.24.v.1. ubi ita legitur: כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבְעָלָהּ וְהָיָה אִם לֹא תִמְצָא חֵן בְּעֵינָיו כִּי מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר וְכָתַב לָהּ סֵפֶר כְּרִיתֻת וְנָתַן בְּיָדָהּ וְשִׁלְּחָהּ מִבֵּיתוֹ, ex quibus verbis Præceptum eliciunt Legale affirmativum, *Expellendam eſſe uxorem cum libello repudii:* ſic enim verba illa interpretantur: *Si acceperit vir mulierem, & (aut) coierit cum ea, & acciderit, ut ea non inveniat gratiam in oculis ipſius, eò quòd invenerit in ea fœditatem vel turpitudinem aliquam; tùm ſcribet ei libellum repudii, tradetq; illum in manum ejus, atque ſic dimittet eam è domo ſua, &c.* Hinc dicunt quoque Phariſæi, apud Evangeliſtam

2011 Ministerio de Cultura

gelutam Matthęum cap.19.v.7. *Moſen* mandaſſe *dare libellum repudii, eamq; dimittere.* Hinc ſcribitur etiam ad iſta verba in *Sepher hachinnuch*, præcepto 548. fol. 208. col. 2. שֶׁנִּצְטַוִּינוּ כְּשֶׁנִּרְצֶה לְגָרֵשׁ נְשׁוֹתֵינוּ לְגָרֵשׁ אוֹתָן בִּכְתָב וְעַל זֶה הַכָּתָב הַכָּתוּב יֹאמַר סֵפֶר כְּרִיתוּת וְהוּא שֶׁיִּקְרְאוּ אוֹתוֹ רַבּוֹתֵינוּ גֵּט ' וְעַל זֶה נֶאֱמַר וְכָתַב לָהּ סֵפֶר כְּרִיתוּת h. e. Juſsi ſumus, *quando nobis placet dimittere aut expellere uxores noſtras, ut id faciamus ſcripto, quod ſcriptum Scriptura vocat* Libellum exciſionis vel diſciſsionis, *Rabbini verò noſtri* גֵּט Get: *& de hoc dicitur*; Scribet ei libellum diſciſsionis, &c. Sic in libro Præceptorum magno, מִמִּקְרָא זֶה לָמַדְנוּ עִיקְרֵי הַגֵּירוּשִׁין *Ex Scriptura iſta diſcimus fundamenta Repudiorum, &c.* Sic communiter. Quàm rectè & benè, infrà pluribus videbimus. Hîc ſententiam duntaxat illorum recenſere nobis eſt propoſitum.

FORMA.

74.

FORMAM Repudiandi conſtituunt in Scripto Libello Repudii mulieri, quæ dimittitur, dando, cum annexis ſolennitatibus quibuſdam neceſſariò requiſitis. Libellum Repudii vocant Hebræi, ex loco allegato, סֵפֶר כְּרִיתוּת *Libellum abſciſsionis, diſciſsionis*: גֵּט פְּטוּרִין *Libellum dimiſsionis*, vel פְּטוּרִין אִגֶּרֶת *Epiſtolam dimiſsionis*: סֵפֶר תֵּרוּכִין *Libellum expulſionis, &c.* Fundamentum hujus ponunt iterum in his loci adducti verbis, וְכָתַב לָהּ סֵפֶר כְּרִיתוּת וְנָתַן בְּיָדָהּ *Et ſcribet ei libellum repudii, quem tradet in manum ejus.* Unde concludunt, Nonniſi libello repudii ſcripto mulierem poſſe dimitti: & hunc libellum realiter in manum ipſi eſſe tradendum.

75.

Cur verò non Verbis, ſed Scriptis literis, Dimiſsio facienda fuerit, ejus rei rationes ſequentes traduntur in ספר החנוך folio 209. 1. וְאִמְּנָם צִוָּתְנוּ הַתּוֹרָה כְּשֶׁלְּחֵנוּ אוֹתָהּ לִבְלְתִּי שַׁלְּחָהּ בְּדִבּוּר לְבַד פֶּן יִהְיֶה לָנוּ זֶה לְאֵבֶן נֶגֶף וְלִצּוּר מִכְשׁוֹל לִהְיוֹת זִמָּה בְּתוֹךְ עַמֵּנוּ שֶׁתִּטְעוֹן הַמְּזֻנָּה עַל בַּעֲלָהּ כִּי הוּא גֵּרְשָׁהּ מִמֶּנּוּ , גַּם יִהְיֶה מַעֲשֶׂה הַגֵּירוּשִׁין מָצוּי הַרְבֵּה , אָכֵן עַתָּה שֶׁנִּתְחַיְּבְנוּ לִכְתּוֹב הַדְּבָרִים בְּסֵפֶר וְהָעֵד עֵדִים צְרִיכִים לְהַרְאוֹת שְׁטַר עַל הַטּוֹעֲנֶת גֵּירוּשִׁין ; וְעוֹד תּוֹעֶלֶת בְּדָבָר כִּי בְּתוֹךְ כַּךְ תָּנוּחַ חֲמַת אִישׁ לְפָעָמִים וְיִנָּחֵם מִלְּגָרֵשׁ אוֹתָהּ וְיִגְדַּל הַשָּׁלוֹם h. e. *Præcepit autem nobis Lex, ut, dimiſſuri*

2011 Ministerio de Cultura

missuri uxorem, non dimittamus eam nudis verbis; 1. *ne hoc sit nobis in lapidem offensionis, & petram scandali, h. e. ne sit causa & occasio ad lasciviam & libidinem in populo nostro, dum mulier scortatura clàm marito suo, prætendere posset, se ab eo dimissam esse & expulsam:* 2. *ad vitandam frequentiam Repudiorum & Divortiorum; quia, si aliter constitutum esset, longè frequentiora forent; quàm verò jam sunt, dum nimirum obligati sumus negotium in libello describere, testes etiam adhibere, & ius instrumentum illud exhibere:* 3. *& hæc utilitas subest, quòd interea temporis (dum ista suscipiuntur & peraguntur) ira viri contra uxorem suam sæpissimè mitigetur, ut ipsum consilii sui pœniteat, à repudio abstineat, amor denique & pax inter ipsos redintegretur.* Abarbenel etiam in Deuteron. ita hac de re scribit: הָאֻמָּנָם לֹא רָצְתָה הַתּוֹרָה לְהִתְגָּרֵשׁ בִּדְבָרִים אוֹ בְכֶסֶף אוֹ בִיצִיאָה מִבֵּיתוֹ כְּדֵי שֶׁלֹּא יִהְיוּ הַנִּירוּשִׁין דָּבָר נָקֵל לַעֲשׂוֹתוֹ וְתִהְיֶה הָאִשָּׁה גְּרוּשָׁה מֵאִישָׁהּ פְּעָמִים אֵין מִסְפָּר כָּל עוֹד שֶׁיַּעֲלֶה עַל רוּחוֹ, וְגַם הִיא תֵּצֵא וְתֹאמַר גְּרוּשָׁה אֲנִי אוֹ כְּבָר גֵּרְשַׁנִי בַּעֲלִי כְּדֵי לְנָאוֹף אֶת אִישׁ אַחֵר וכו' h. e. *Noluit autem Lex, ut Mulier expellatur vel Verbis nudis, vel Pecunia, vel Egressione simplici è domo ejus; ne Divortia sint res facilis, & fortassis Mulier innumeris interdum vicibus à marito expellatur, quotiescunque sc. in mentem ei venerit: ne item mulieres nonnullæ sub hoc prætextu exeant ac dicant, Expulsa sum à marito meo, ut tantò liberiùs cum aliis viris scortari possint. Ad offendicula ista vitanda, & removenda, præcepit Deus, ne homo uxorem suam expellat, nisi cum libello, eoq; multis conditionibus limitato, testibusq; adhibitis ratificato. Hæc enim eò faciunt, ne res hæc nimis facilis sit marito: &, si fortè in ira & indignatione animum inducat uxorem suam expellere, ut actio hæc gravis & difficilis fiet in oculis ejus, atque interea animus ejus placetur: ne item mulier occasionem habeat, falsò & mendaciter dicendi, se Expulsam esse.* In eundem sensum scribit Majemonides in More par. 3. cap. 49.

76.

Libellum Repudii potest scribere, Vel Maritus ipse, vel שְׁלוּחוֹ Delegatus aut procurator ejus, seu alius aliquis Scriba ejus nomine. Sic Majemon: אֶחָד הַכּוֹתֵב בְּיָדוֹ אוֹ שֶׁאָמַר לְאַחֵר לִכְתּוֹב לוֹ *Perinde est, sive ipsemet scribat manu suâ, sive alium jubeat scribere:* Sic etiam alii. At in שלחן ערוך, in אבן העזר sub Num. 154. in סדר הגט §. 10. הַבַּעַל עַצְמוֹ לֹא יִכְתּוֹב הַגֵּט הֵיכָא דְּאָפְשָׁר *Maritus*

2011 Ministerio de Cultura

ipse non scribet libellum, ubi id fieri potest. Unde non planè de nihilo fortassis est, quod D. Augustinus scribit, nulli fas fuisse has literas scribere nisi scribis solis. Verba ejus sunt lib. 19. cap. 26. contra Faustum Manichæum, hæc: *Apud Hebræos, ut perhibent, scribere literas Hebræas, nulli fas erat nisi scribis solis. Ad hos igitur, quos oporteret esse prudentes Legis interpretes, & justos dissidii dissuasores, Lex mittere voluit eum, quem jussit Libellum repudii dare, si dimisisset uxorem. Non enim potexat scribi libellus, nisi ab ipsis, qui per hanc occasionem & necessitatem venientem quodammodo in manus suas bono consilio regeretur, atque inter ipsum & Uxorem pacificè agendo, dilectionem concordiamq; suaderent.* Hinc & in Targum Jonathanis additur, scribendum fuisse *coram Domo Judicii*; וְיִכְתּוֹב לָהּ סֵפֶר תֵּירוּכִין קֳדָם בֵּי דִינָא *Et scribet ei libellum repudii coram domo judicii.* Unde videtur, authoritate publicâ scribendum fuisse, licet sine actione aut lite judiciali.

77.

Plurimas, adeoque innumeras pænè conditiones & casus ponunt hîc, tùm circa Scripturam Libelli, tùm circa ejus Traditionem: omnia in eum finem, ut res tanto sit operosior, ac difficilior, & hinc ad maturiorem deliberationem pars Dimittens permoveatur.

Circa Scripturam; veluti de Liquore quo scribi possit, vel non possit: de Materia cui inscribi vel possit, vel non possit: quis hæc suppeditare debeat, Maritúsne an Scriba! de Calamo, quo scribendus: quot Lineis constare debeat, nonnisi duodecim videlicet! quot & quibus Literis, ad ultimum pænè usque apicem, ne vel aliqua redundet vel deficiat: ambiguitas enim verborum omnis vitanda: Scriptura debet esse clara, distincta, legibilis: Linguâ potest scribi quacunque; communiter tamen omnes scribunt Linguâ Chaldaicâ: sic præcipiunt etiam de scriptionis Tempore & Loco, de Subscriptione testium, &c.

In Libello ipso debet contineri Formula significans, quòd maritus uxorem expellat & removeat à bonis suis: formula item Discissionis & separationis vinculi ipsorum conjugalis, ita ut maritus omni suo in eam juri pro tempore renuntiet, facultatemque ei faciat nubendi, cuicunque voluerit; velut, הֲרֵי אַתְּ מְשׁוּלַּחַת *En dimissa es:* הֲרֵי אַתְּ מְגוּרֶשֶׁת *En expulsa es:* לְעַצְמֵךְ *Tui*

2011 Ministerio de Cultura

80.

Formulæ Repudiorum extant in Majemonide Parte 2. in הלכות גרושין cap.4.§.12. ספר מצות גדול parte 2. fol.133. col.2. in מה'ריל fol.90. & apud alios. Unam ex illis inveniet Lector, sub finem hujus Dissertationis.

81.

Quemadmodum suprà audivimus de Sponsalibus conditionatis: ita etiam sunt *Repudia seu Divortia conditionata.* Talis libellus vocatur גט על תנאי *Libellus conditionatus.* Hæc rata demùm sunt conditione impletâ; irrita, conditione non impletâ. Et quamdiu conditio non impletur, potest maritus eam vel abolere, vel mutare pro lubitu, etiamsi Libellus jam sit traditus in manum mulieris: hinc neque desponsari potest sic repudiata, nisi conditio impleta fuerit. Quod si verò conditio impleatur, verè repudiata censetur inde ab hora traditionis Libelli. De his prolixè agit Majemon. in הלכות גרושין cap.8.

82.

Huic simile est, si quis repudiet aliquam post certum ac definitum aliquod tempus; veluti, si quis dixerit ad Uxorem suam, *En tibi Libellum tuum Repudii, sed non repudiata eo eris, nisi post triginta dies.* Talis enim non repudiata censetur, nisi post elapsum diem trigesimum: quod si interea temporis maritus vel moriatur, vel libellus amittatur (sine sc. culpâ mulieris) aut comburatur, non habetur pro repudiata: Talis libellus vocatur גט זמן. Sic si quis repudium suspenderit ab aliqua Actione; veluti; si quis dixerit; *En Libellum tuum repudii, sed non repudiata eris eo, nisi donec mihi dederis ducentos florenos*; non est repudiata, nisi 200. florenos dederit. De his iterum vide eundem ibidem cap.9.

83.

Tradito libello maritus לא יתיחד עמה עוד *non ulterius cohabitabit & solus cum sola in domo vel conclavi eodem manebit:* quia dicitur, ושלחה מביתו *Et dimittet eam è domo sua:* aut אם נתיחד עמה *si solus cum sola postea manserit*, vel testibus convinci possit, denuò rem cum ea habuisse, pro eo habetur ac si de novo duxisset eam, atq; iterum pro uxore ejus habetur; ita ut si denuò velit eam expellere & repudiare, novum ei cogatur scribere & tradere libellum repudii.

84. Ex

2011 Ministerio de Cultura

Tui ipsius, Tui juris esto: הֲרֵי אַתְּ מוּתֶּרֶת לְכָל אָדָם *Licita, permissa es cuivis homini seu viro*; sc. in conjugium, vel simile quid. Hæc ultima verba, *Permissa es cuivis viro*, sunt גּוּף שֶׁל גֵּט *Corpus, id est, Substantia libelli*, ut notat Majemonides, & disertis verbis extat in Talmud, in Tractatu Gittin cap. 9. in Mischna. Et de hoc intelligendum, quod Josephus scribit Antiquitatum Judaicarum lib. 15. cap. 11. *Mulieribus autem, ne dimissis quidem, fas est nubere, nisi prioris viri permissu*, h.e. nisi ei potestatem hanc disertis verbis faciat. Nomen porrò, tam Viri dimittentis, quàm Uxoris quæ dimittitur, dilertè est exprimendum, ut appareat Quis Cui Libellum scribat, &c.

78.

Non sufficit autem Libellum dimissionis scribere, sed ne sit מְחוּסַּר מַעֲשֶׂה *destitutus effectu*, post scriptionem, *Tradendus etiam* est realiter in manum mulieris, vel saltem בִּרְשׁוּתוֹ *in potestatem ipsius*; & quidem vel à Marito ipso, vel à Delegato, & Procuratore ipsius; idque בִּפְנֵי עֵדִים *coram testibus*: & hi libellum priùs debent legere: vel si legere ipsi non possint, ab aliis debet ipsis prælegi: Quando traditur, requiritur etiam, ut simul verbis disertè renuntiet ac dicat, הֲרֵי זֶה גִּטֵּיךְ vel הוֹאִיל גִּטֵּיךְ *En tibi libellum tuum Repudii*, vel simile quid: tradendus etiam est בְּשֵׁם תּוֹרַת גֵּרוּשִׁין *Nomine Legis de Repudiis*; Mulier etiam libellum potest recipere vel ipsamet, vel per legitimum Procuratorem, qui vocatur שְׁלִיחַ קַבָּלָה *Delegatus acceptionis*: & plurima alia, ad quæ sola integer liber requireretur, quibusq; omnibus recensendis, nos hîc consultò abstinemus.

79.

Flavius Josephus Antiquitatum Judaicarum lib. 4. cap. 8. scribit: *Qui à conjuge, quacunque de causa, ut sæpè hominibus usuvenit, disjungi postulat, scripto ei securitatem faciat, quòd eam nolit amplius repetere: sic enim habebit potestatem alterius quærendi: alioquin divortium non permittitur.* De hoc nullam mentionem invenio, vel in Ritualibus Hebræorum, vel in Formulis Repudiorum hodiè extantibus. Intelligendum fortassis ita, quod Josephus scribit, *Maritum securitatem ei facere debere, quòd nolit eam repetere*; scil. si post dimissionem alteri nupserit. Nam aliâs licuit, quamdiu soluta mansit, ut infrà videbimus.

2011 Ministerio de Cultura

84.

Ex dictis autem apparet, Divortium Judæorum fuisse totale & verum, ita ut utraq; pars fuerit libera, potestatemq; habuerit alii nubendi, pro suo lubitu & arbitrio.

PERSONÆ.

85.

Ad PERSONAS quod attinet in hac Actione, occurrunt præcipuè duæ; *Agens* videlicet & *Patiens*.

86.

Persona Agens vel *Dimittens* est Vir sive Maritus, aut Sponsus: Solus Vir in Uxorem habet hanc potestatem; non vice versâ. Quin & invitam ac reluctantem potest repudiare, quia dicitur; *Si ipsa non invenerit gratiam in oculis ejus, scribet ei libellum repudii:* Item; *Quod si odio habuerit ipsam, vir posterior scribet ei quoque, &c.* In his verbis dicunt Opus hoc adscribi Viro tantùm, non mulieri. Hinc scribit Josephus Antiquitat. Judaicar. lib. 15. cap. 11. de Salome, Herodis sorore; *Orto deinde inter conjuges* (Costobarum sc. & Salomen) *dissidio, Salome libellum repudii marito mittit, ἃ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους νόμους non secundum Judæorum Leges: Lex enim nostra solis maritis hoc jus permittit: mulieribus autem, ne dimissis quidem, fas est nubere, nisi prioris viri permissu.* Paulò aliter tamen hæc historia recensetur in Josepho Hebraico, Histor. Judaicar. lib. 5. cap. 22. וַיְהִי אַחֲרֵי כֵן וַתִּפּוֹל מְרִיבָה בֵּין כּוֹסְתּוֹבָרוֹס וּבֵין שְׁלוֹמִית אִשְׁתּוֹ וַתַּלְשִׁינֵהוּ אִשְׁתּוֹ אֶל הַמֶּלֶךְ וַתִּתְחַנֵּן לוֹ לְדַבֵּר אֶל כּוֹסְתּוֹבָרוֹס לִכְתּוֹב לָהּ סֵפֶר כְּרִיתוּת וַיֵּצֵו הַמֶּלֶךְ אֶל כּוֹסְתּוֹבָרוֹס וַיַּעַשׂ לָהּ סֵפֶר כְּרִיתוּת כְּמִצְוַת הַמֶּלֶךְ וְלֹא כְתוֹרַת מֹשֶׁה כִּי לֹא תוּכַל הָאִשָּׁה לַעֲזוֹב אֶת בַּעְלָהּ אֲבָל הָאִישׁ יוּכַל לַעֲזוֹב אֶת אִשְׁתּוֹ רַק אִם שְׂנֵאָהּ *Contigit autem postea, ut discordes fierent Costobarus & Salome uxor ejus, & accusavit eum uxor ejus apud Regem, petiitq; ut loqueretur cum Costobaro, ut daret sibi libellum repudii. Quod cùm Rex præcepisset Costobaro, fecit ei libellum Repudii, ex mandato Regis, non verò secundum Legem Mosis, secundum quam non potest Uxor virum suum derelinquere:* (sc. pro lubitu & arbitrio suo) *sed vir potest dimittere uxorem suam, si odio habuerit eam.* Et sic putarim ego verisimilius esse, quàm ut in Josepho Græco enarratur. Nam, quamvis mulier non possit ita ut vir, pro suo arbitrio, libellum repudii Viro mittere; potest tamen, in certis causis

2011 Ministerio de Cultura

& casibus, à Viro libellum divortii petere, imò quandoq; ad eum sibi dandum, Judicis etiam interpositâ authoritate, cogere, ut mox inferiùs visuri sumus.

87.

Persona patiens est Mulier, non tantùm *Nupta*, & viro jam per matrimonium juncta, sed & *Desponsata* tantùm.

De Nupta, & Uxore propriè dictâ, res caret omni controversiâ, quin id inter Judæos usitatum fuerit.

Idem verò juris etiam *inter Desponsatos* fuisse, ut, & Sponsus Sponsam suam repudiare potuerit, & si eam repudiare voluerit, id eodem modo, quo Uxores maritatæ solēt, Libello sc. repudii, nec aliter, facere debuerit, ostendendum. Sunt enim, qui in Historia Josephi & Mariæ dubitant, utrum etiam vel moris vel juris fuerit, ut Desponsatæ cum libello dimittantur. Majemon. in הלכות אישות cap. 1. §. 3. אַף עַל פִּי שֶׁלֹּא נִבְעֲלָה וְלֹא נִכְנְסָה לְבֵית בַּעְלָהּ הֲרֵי הִיא אֵשֶׁת אִישׁ וְהַבָּא עָלֶיהָ חוץ מִבַּעְלָהּ חַיָּב מִיתַת בֵּית דִּין וְאִם רָצָה לְגָרְשָׁהּ צְרִיכָה גֵּט וְכֵיוָן שֶׁנִּקְנִית הָאִשָּׁה וְנַעֲשֵׂית מְקוּדֶּשֶׁת אֲפִלּוּ אֵירוּסִין *Posteaquam acquisita est mulier* (per Sponsalia) *& facta est desponsata, etiamsi nondum vel à marito agnita, neque in domum ejus traducta sit, revera est Uxor viri, & qui cum ea congreditur, excepto marito ipsius, reus est mortis: & si* (desponsatus) *velit eam expellere vel dimittere, necesse est ut id fiat libello repudii.* Nam ut idem scribit in הלכות גירושין cap. 1. §. 1. אֵין הָאִשָּׁה מִתְגָּרֶשֶׁת אֶלָּא בִּכְתָב *Non repudiatur mulier, nisi scripto, quod vocatur* גֵּט. In Col-bo in הלכות אישות ab initio: *Si mulier empta vel acquisita fuerit uno aliquo ex tribus dictis modis, vocatur* מְקוּדֶּשֶׁת Sanctificata, *q. d. Prohibita omnibus aliis viris, excepto sponso,* כְּהֶקְדֵּשׁ *veluti* Res Sancta: וְאִם רָצָה לְגָרְשָׁהּ צְרִיכָה גֵּט שְׁהֲרֵי הִיא אֵשֶׁת אִישׁ *& si velit repudiare eam, opus habet libello repudii, quia revera est Uxor viri.* Sic in Schylchan Aruch, & aliis.

Fundamentum hujus suæ sententiæ desumunt iterum ex loco Deuteron. cap. 24. v. 1. כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבְעָלָהּ וגו' *Si acceperit vir mulierem* (sibi desponderit) *&, vel aut coierit cum ea, & acciderit, &c.* Verba enim hæc Mosaica non tantùm de Uxore jam nuptâ, sed & de Desponsatâ, accipienda esse docet Abarbenel, Commentario suo in Deuteronomion, fol. 283. col. 1. his verbis: מַה שֶּׁאָמַר כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבְעָלָהּ הָרָצוֹן בּוֹ אוֹ בָּעָלָהּ, וְיִרְצֶה בְּקִידּוּשִׁין

2011 Ministerio de Cultura

כְּשֶׁיִּקַּח הָאָדָם אֶת אִשְׁתּוֹ בְּכֶסֶף כִּדְבְרֵיהֶם ז"ל פֵּרֵק קַמָּא דְּקִדּוּשִׁין ,
וְיִרְצֶה בְּאָמְרוֹ וּבְעָלָהּ שֶׁיִּקְנֶה אוֹתָהּ בִּיאָה : וְאָמַר שֶׁאִיךְ שֶׁיִּהְיֶה קִנְיָנוֹ
בְּאֶחָד מֵהַדְּבָרִים יוֹכַל לְגָרְשָׁהּ h. e. *Quod dicit Moſes*; Si acceperit vir mulierem, *&* coierit cum ea; ſenſus eſt, Si acceperit, &c. *aut* coierit cum ea; *Verbo verò* Accipiendi *vult dicere*, Si *acquiſiverit* homo uxorem Pecuniâ, *ſecundum mentem Rabbinorum noſtrorum in cap.* 1. *Kiddúſchin. Dum verò dicit*, Aut coierit cum ea, *intelligit*; Si acquirat eam per Concubitum, *& ſic vult dicere*, Quocunque ex his duobus modis acquiſiverit, h. e. deſponſarit Vir uxorem ſuam, quòd poſsit eam expellere. Sic ſcribit ibidem colum. 2. hujus rei causâ inſtituta eſſe Sponſalia ante nuptias, כְּדֵי שֶׁבִּזְמַן
הָאֵירוּסִין יִבָּחֲנוּ שְׁנֵיהֶם , וְאִם זְמָצְאוּ שְׁנֵיהֶם הָאַחֲבָה וְהַשָּׁלוֹם
הַנִּמְשָׁכִים מֵהָאוֹתוֹת הַמְּזֻגִּים וְהַסִּכְמָתָם יָבֹאוּ לִידֵי נִשּׂוּאִין וְאִם לֹא
יִהְיֶה כֵּן לֹא יִשָּׂאֶנָּה , כִּי מוּטָב לְגָרְשָׁהּ בְּהִיוֹתָהּ בְּתוּלָה מִבְּהִיוֹתָהּ
בְּעוּלָה וְנִשּׂוּאָה *ut tempore iſto interjecto Sponſaliorum ſe invicem probent: quòd ſi deprehendant amicitiam & concordiam ſequi ex convenientia temperamentorum, tum poſſe ipſos ad nuptias progredi; ſi verò non, non eſſe cum ea nuptias celebrandas: Meliùs quippe eſſe, ut eam expellat Virginem, quàm Maritatam & nuptam.* Et iterùm: וְזֶה
חִיבָּה הַתּוֹרָה לְגָרֵשׁ אֶת הָאִשָּׁה אַף פִּי שֶׁלֹּא נִבְעֲלָה לְפִי שֶׁהַקִּדּוּשִׁין
מְיַחֲדִין הָאָדָם וְאִשְׁתּוֹ וְאוֹסְרִין אוֹתָהּ וְכוּ' *Ecce obligat Lex expellere uxorem; etiamſi quis nondum cognoverit eam: quia Sponſalia uniunt hominem & uxorem ejus, colligantq; eos: unde neceſſe eſt illud vinculum ſolvere.* Quod vero Deſponſata etiam nonniſi cum Libello repudii dimitti potuerit ac debuerit, id quoque ex hoc loco eliciunt. Unde ſic ibidem Abarbenel iterùm, וּמִכְּבָר בָּאָה בְּקַבָּלָה הָאֲמִתִּית
שֶׁעִם הֱיוֹת שֶׁאָמְרָה תּוֹרָה כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבְעָלָהּ שֶׁאַף עַל פִּי שֶׁלֹּא
נִבְעֲלָה כֵּיוָן שֶׁנִּתְקַדְּשָׁה לֹא תֵּצֵא כִּי אִם בְּגֵט שִׁחְרוּר אָמַר אַחֲרֵי זֶה
וְהָלְכָה וְהָיְתָה לְאִישׁ אַחֵר וְשָׂנְאָהּ הָאִישׁ הָאַחֲרוֹן וְכָתַב לָהּ סֵפֶר כְּרִיתוּת
וְלֹא אָמַר שֶׁנִּבְעֲלָה אֲלֵיהוּ וְהוּא הַמּוּרָה שֶׁעַל הַקִּדּוּשִׁין בִּלְבַד יְצַטְרֵךְ הַגֵּט
h. e. *Et ex vera traditione habetur, quòd licet dicat Lex*; Si acceperit vir mulierem & coierit cum ea, *tamen etiamſi nondum ſit à viro compreſſa, quia deſponſata eſt, opus habeat Libello, quia poſtea ibidem ſimpliciter dicitur*; Et abierit & fuerit viri alterius (i.e. nupſerit alteri) hicque poſterior odio habuerit eam, eique ſcripſerit libellum repudii; *non verò*; Et coierit cum ea. *Iſtud enim docet, etiam propter Sponſalia ſola requiri Libellum repudii.* Hactenus ille. Et in hunc ſenſum

2011 Ministerio de Cultura

ſenſum etiam accipit verba iſta Chaskuni. Itaque hoc quoque volunt eſſe Præcepti Divini peculiaris, ut cum libello repudii dimittatur Uxor, tùm deſponſata tantùm, tum etiam in thalamum jam tradu&ta.

De Cauſa autem propter quam, etiam Deſponſata tantùm, cum Libello repudii dimitti debeat, ſcribit idem Abarbenel: *Poſtulat Lex, ut mulier repudietur, etiamſi nondum ſit viro juncta, quia Sponſalia uniunt virum & uxorem ejus, eosq; colligant. Ideò neceſſe eſt diſſolvere vinculum illud,* לְפִי שֶׁהִיא מֵאַחַר שֶׁנִּתְקַדְּשָׁה דַּרְיָ הִיא בְּאִפְשָׁרוּת קָרוֹב לִהְיוֹת נִבְעֶלֶת לְבַעְלָהּ וְהַתּוֹרָה לֹא חָשְׁשָׁה לְנִסְתָּרוֹת כִּי מִי יוֹדֵעַ כֵּיוָן שֶׁנִּתְקַדְּשָׁה אֵלָיו אִם נִבְעֲלָה אִם לֹא *eò quòd ipſa, poſteaquam deſponſata eſt, in proxima poſsibilitate ſit, ut à marito* (ſponſo) *ſuo ſit compreſſa. Lex verò non eſt ſollicita de occultis. Nam quis ſcit, cùm ei ſit deſponſata, an eam cognoverit nécne. Idcirco Sponſalia ſunt* הַמּוֹפֵת *ſignum evidens, quod arguit, deſponſatam eſſe* אֵשֶׁת אִישׁ *Uxorem viri,* וְשֶׁתִּצְטָרֵךְ לְגֵט *& opus habere Libello repudii, non propter concubitum tantùm, qui in occulto fieri potuit.*

CAUSSÆ DIVORTII.

88.

De CAUSSIS Divortiorum & Repudiorum, propter quas ſc. vel liberè ſunt licita, vel neceſſariò facienda ſunt, res eſt graviſsima & prolixa. Nos præcipua eruemus & perſequemur.

89.

Diverſæ autem ſunt de his ſententiæ, tum Veterum, tum Recentiorum Judæorum. Quidam Arbitraria illa volunt eſſe, ita ut cuivis licuerit pro lubitu, ob leviſsimam cauſam vel culpam, vel etiam ob nullam, uxori repudium mittere. Alii verò paulò aliter ſentiunt, & nonniſi gravem ob cauſam repudium uxori mittendum cenſent. Plerique tamen in priorem ſententiam revera inclinant, ut ex ſeqq. apparebit. Hinc legimus in libro ספר החנוך fol.208. מִשֶּׁרְשֵׁי הַמִּצְוָה לְפִי שֶׁהָאִשָּׁה נִבְרֵאת לְעֵזֶר לָאָדָם וְהִיא לוֹ כְּאֶחָד מִכְּלֵי חֶמְדָּתוֹ וּכְעִנְיַן שֶׁאָמְרוּ ז"ל אֵין הָאִשָּׁה כּוֹרֶתֶת בְּרִית אֶלָּא לְמִי שֶׁעָשָׂה כֵּלִי, וְאַחַר שֶׁכֵּן הָיָה מֻרְצוֹנוֹ בָּהּ שֶׁכָּל זְמַן שֶׁיָּקוּץ בִּכְלִי הַזֶּה שֶׁיּוֹצִיאֶנּוּ מִבֵּיתוֹ, וּמִן הַטַּעַם הַזֶּה יֵשׁ מְרַבּוֹתֵינוּ שֶׁיֹּאמְרוּ בִּגְמָרַת גִּטִּין שֶׁאֲפִלּוּ הַקְּדִיחָה תַּבְשִׁיל יָכוֹל לְגָרְשָׁהּ כְּלוֹמַר מִפְּנֵי דָּבָר קָטָן אַחֵר שֶׁאֵינָהּ לוֹ אֶלָּא כִּכְלִי יָקָר שֶׁבְּבֵיתוֹ h. e. *Ex fundamentis hujus præcepti eſt;*

2011 Ministerio de Cultura

cepti est; Cùm mulier creata sit pro adjutorio hominis, eiq; sit instar unius vasorum pretiosorum ejus, juxta id quod Rabbini nostri dicunt; Mulier non adhæret firmiter, nisi ei qui fecit eam vas; *Cùm, inquam, res ita habeat, hinc est penes voluntatem patrisfamiliâs, ut quandocunque tædium ei oboritur vasis hujus, illud è domo sua eliminet. Hanc ob causam scripserunt Rabbini nostri in Talmud Gittin, quòd etiam ob adustum edulium vel jusculum, homo possit uxorem suam repudiare, quasi diceres, ob rem minimam; eò quòd non aliter sit in domo ipsius, nisi instar vasis vel suppellectilis alicujus pretiosi:* Item: וּמֵהֶם שֶׁאָמְרוּ כִּי בְּהִיוֹת הַכְּלִי זֶה בְּצַלְמוֹ כְּדמוּתוֹ וְחָנָּה הָאֵל לְצָרְכּוֹ וְלִכְנוֹדוֹ עֵינַיִם לִרְאוֹת וְאָזְנַיִם לִשְׁמוֹעַ וְנֶפֶשׁ שִׂכְלִית אֵין רָאוּי לְהוֹצִיאָהּ וְלִשַׁלְּחָהּ מֵעָלָיו כִּי אִם בְּטַעֲנָה גְּדוֹלָה וְכִעְנִין שֶׁאָמַר הַכָּתוּב כִּי מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר *Quidam tamen illorum dicunt, cùm hoc Vas sit ad imaginem & similitudinem ipsius,* (i.e. viro per omnia simile) *oculos habens ad videndum, aures ad audiendum, & animam intellectualem, non decere, ut amandetur & dimittatur, nisi gravem ob causam, sicut Scriptura ipsa dicit;* Eo quòd invenerit in ea rem aliquam Turpitudinis.

90.

Causas venantur iterùm in suprà jam sæpiùs allegato loco Deuter. cap. 24. versibus quatuor prioribus: Quidam in his verbis, כִּי מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר *Quòd invenerit in ea nuditatem rei,* i. e. turpitudinem rei alicujus; Alii etiam in verbis istis: אִם לֹא תִמְצָא חֵן בְּעֵינָיו *Si non invenerit gratiam in oculis ejus:* Item; וְשִׂנְאָהּ הָאִישׁ הָאַחֲרוֹן *Si oderit eam Vir posterior quoque.* Unde volunt, ob solam etiam Displicentiam, vel Odium quodcunque, Uxorem dimitti posse.

Quid per עֶרְוַת דָּבָר *Nuditatem rei*, intelligatur, variè jam olim disceptatum fuit. Nam in Talmud, in Tractatu Gittin, cap. 9. in Mischnâ, legitur disputatio hac de re inter Scholam Sammaj & Hillelis, duorum celeberrimorum Doctorum, qui centum annis ante Templi secundi destructionem vixerunt, ut & R. Akivę, his verbis: בֵּית שַׁמַּאי אוֹמְרִים לֹא יְגָרֵשׁ אָדָם אֶת אִשְׁתּוֹ אֶלָּא אִם כֵּן מָצָא בָהּ דָּבָר עֶרְוָה שֶׁנֶּאֱמַר כִּי מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר: וּבֵית הִלֵּל אוֹמְרִים אֲפִילוּ הִקְדִּיחָה תַּבְשִׁילוֹ שֶׁנֶּאֱמַר כִּי מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר: דִּבְרֵי ר' עֲקִיבָה אוֹמֵר אֲפִילוּ מָצָא אַחֶרֶת נָאָה הִימֶנָּה שֶׁנֶּאֱמַר וְהָיָה אִם לֹא תִמְצָא חֵן בְּעֵינָיו: *Qui de domo seu disciplina Schammai sunt, dicunt; Non expellet homo uxorem suam, nisi inve-*

2011 Ministerio de Cultura

niat in ea rem nuditatis, (דבר ערות) *i. e. impudicam*; *ſicut dicitur*; Quòd invenerit in ea ערות דבר nuditatem rei: *Qui de diſciplina Hillelis ſunt, dicunt*; *Expellere etiam poteſt, ſi edulium duntaxat ipſi aduſſerit, ſicut dicitur*; Quòd invenerit in ea עֶרְוַת דָּבָר turpitudinem rei alicujus. *Qui de domo Akivæ*; *Etiam, ſi invenerit pulchriorem eâ, quæ ipſi meliùs placuerit, ſicut dicitur*; Et accidat, ut non inveniat gratiam in oculis ejus. *Hucuſq; in Miſchna.* De his deinde ulteriùs diſputatur in Gemara.

Senſus autem & ſumma huc redit: *Domus Schammaj* inniteba-tur his ſolis verbis, כִּי מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר, ac per עֶרְוַת דָּבָר *Nuditatem rei*, vel *Rem nuditatis*, intelligebat Libidinem, Laſciviam, Impudicitiam, λόγον πορνείας, ut Chriſtus loquitur, & proinde ſtatuebat, hanc ſolam ob cauſam poſſe dimitti uxorem. *Domus Hillelis*, ſubtiliùs duo iſta verba עֶרְוַת דָּבָר examinantes, voluerunt diviſim eſſe exponenda, ut ſenſus illorum ſit ac ſi dictum eſſet, אוֹ עֶרְוָה אוֹ דָּבָר *Aut turpitudinem aliquam, aut rem aliam*, fœdam ſcil. & turpem; veluti, ut in Gemara Talmudica eſt; Si mulier egrediatur וְרֹאשׁוֹ פָּרוּעַ nudato capite; (vel, ut Apoſtolus loquitur, ἀκαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ, 1. ad Cor. 11. 5): ſi in platea neverit, aut filia duxerit, ſicque nuda brachia oſtentârit: וּפְרוּמָה מִשֶּׁנִּי aut aperto pectore inceſſerit (ut fœminæ Chriſtianæ in Gallia ſolent, ſcribit R. Sal.) וְרוֹחֶצֶת עִם בְּנֵי אָדָם aut laverit cum Viris in eodem lavacro, vel in loco ubi viri lavare ſolent: aut ſi luſerit cum juvenibus, &c. Hinc domus Hillelis latiùs extendebat cauſas Divortii, quàm domus Schammaj. *Domus Akivæ*, ex verbis illis, *Si non invenerit gratiam in oculis ejus*, concluſit; Si cui Uxor diſpliceat, & alia meliùs placeat, eum poſſe Uxori ſuæ libellum repudii dare, & aliam ducere. Sic in Talmud de his diſputatum fuit olim. Ex quibus apparet, jam eo tempore diſceptatum fuiſſe inter Judæos, An propter quamvis cauſam, pro lubitu, liceat uxorem dimittere? & in diverſas itum fuiſſe ſententias. Rambam ſcribit, Halacham ſeu conſuetudinem, & obſervantiam eſſe ſecundum domum Hillelis. De ſententia R. Akivæ ſcribit, non eſſe Halacham: nam, ſi quis inveniat aliam mulierem, ſuâ pulchriorem, & ſibi meliùs placentem, eum poſſe illam ducere; non tamen interea priorem expellere, ſi nihil mali commiſerit, & moribus ejus apta & conveniens fuerit, ſed ei ſuperducere.

Imo

2011 Ministerio de Cultura

Imò in Talmud Tract. יבמות fol. 52. col. 1. ſcribitur, Sponſum poſſe etiam ante nuptias curare ſcribendum Libellum divortii, quem poſtea ſtatim tradere queat ei, ubi ipſi placuerit eam repudiare; Verba ſunt; אָמַר לְלַבְלָר כְּתוֹב גֵּט לְאֵרוֹסָתִי לְכְשֶׁאֶכָּנְסֶנָּה אֲנַרְשֶׁנָּה וְהֵרֵי זֶה גֵּט מִפְּנֵי שֶׁבִּידוֹ לְגָרְשָׁהּ *Si quis Scribæ dixerit; Scribe Libellum repudii Sponſæ meæ, quo eam poſteaquam duxero, dimittam, talis Libellus eſt legitimus.* Exemplum hujus rei legitur in Talm. Bava Metzia fol. 101. col. 2. *Mercator quidam advehebat navem repletam doliis vini, in locum quendam, & non inveniebat cellam in quam ea reponeret. Alloquitur mulierem quandam, quæ habebat cellam, ut eam ipſi pro vino ſuo elocaret! Illa recuſat. Ipſe, ut rebus ſuis conſuleret, deſponſat iſtam mulierem: Mulier deſponſata, concedit ei locum pro vino: Ipſe, nacto loco, ſtatim domum abit, & ſcribit Libellum repudii, eumq; ipſi mittit: Mulier offenſa, conducit bajulos, & vinum ejus iterum curat è cella ſua extrahi, ei in plateam collocari, &c.* Sic in Gittin fol. 34. col. 1. *Legitur exemplum de quodam R. Gidol ben Rëilai, qui ſine ulla cauſa repudii libellum mittebat uxori ſuæ; cùm verò ipſa nollet ſtatim acceptare, ſed juberet Latorem craſtino die redire, R. Gidol pœnitentiâ ductus, Deo gratias egit, quòd non acceptarit libellum.* Ex quibus apparet, maximam olim hîc licentiam fuiſſe, eamq; arbitrariam.

Videntur differentiam hîc facere inter Uxorem Primam & Secundam. Hinc ſcribit Majemon. in הלכות גירושין cap. 10. §. 21. לֹא יְגָרֵשׁ אָדָם אִשְׁתּוֹ רִאשׁוֹנָה אֶלָּא אִם כֵּן מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר שֶׁנֶּאֱמַר כִּי מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר וגו' וְאֵין רָאוּי לוֹ לְמַהֵר לְשַׁלַּח אִשְׁתּוֹ רִאשׁוֹנָה: אֲבָל שְׁנִיָּיה אִם שָׁנְאָה יְשַׁלְּחֶנָּה h. e. *Non expellet homo Uxorem ſuam primam, niſi inveniat in ea* ערות דבר *rem aliquam turpem ſeu impudicam, juxta illud;* Si invenerit in ea ערות דבר: *neq; decet, ut feſtinet & præcipitanter dimittat uxorem ſuam primam; ſed ſecundam, ſi oderit eam; dimittere poteſt.* Hinc dicunt: כָּל הַמְגָרֵשׁ אִשְׁתּוֹ רִאשׁוֹנָה מִזְבֵּחַ מוֹרִיד עָלָיו דְּמָעוֹת *Si quis dimittat uxorem ſuam primam, ſuper eo altare fundit lachrymas.*

R. Levi Ben Gerſon ſcribit ad Deuter. 24. 1. אָמַר זֶה לְפִי הַנֹּהַג שֶׁלֹּא יְגָרֵשׁ אָדָם אִשְׁתּוֹ אֶלָּא לְסִבָּה גְדוֹלָה וְלָזֶה אָמַר כִּי יִמְצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר אָמְנָם עַל דֶּרֶךְ הָאֱמֶת כְּבָר בֵּיאֲרָה הַתּוֹרָה שֶׁאֲפִילוּ לֹא מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר יֵשׁ לוֹ רְשׁוּת לְגָרְשָׁהּ אִם שְׂנֵאָהּ כְּאָמְרוֹ וְשָׂנֵא הָאִישׁ הָאַחֲרוֹן וְכָתַב לָהּ סֵפֶר כְּרִיתוּת וְלָזֶה מְכַוָּן שֶׁאֵיךְ שֶׁיִּהְיֶה שֶׁלֹּא

2011 Ministerio de Cultura

מְצָאָהּ חֵן בְּעֵינָיו יֵשׁ לוֹ רְשׁוּת לְגָרְשָׁהּ *Dicit hoc* (Quòd invenerit in ea ערות דבר) *de communi praxi & consuetudine: quia non solet homo expellere uxorem suam ordinariè, nisi gravem aliquam ob causam. Ideò dicit*; Quòd invenerit in ea ערות דבר. *At secundum rei veritatem, exponit Lex, quòd licet non inveniat in ea* ערות דבר *turpitudinem aliquam, tamen potestatem habeat eam expellendi, si odio habuerit eam, sicut dicitur*; Si odio habeat eam vir posterior, scribet ei libellum repudii. *Unde liquet, quacunque demum ratione accidat, ut uxor non inveniat gratiam in oculis ejus, ipsum facultatem habere eam expellendi.*

In libro כל בו Col-bo, in הלכות גיטין fol. 88. col. 3. 4. עֶרְוַת דָּבָר כְּגוֹן עוֹבֶרֶת עַל דַּת מֹשֶׁה מַאֲכִילָתוֹ מְשֻׁאֵינוֹ מְעוּשָׂר וּמְשַׁמְּשָׁתוֹ נִדָּה וְלֹא קוֹצָה חַלָּה וְנוֹדֶרֶת וְאֵינָהּ מְקַיֶּמֶת וְכֵן עוֹבֶרֶת עַל דַּת יְהוּדִית שֶׁיּוֹצְאָה בְּשׁוּק וְרֹאשָׁהּ פָּרוּעַ וַאֲפִילוּ קְלָתָהּ בְּרֹאשָׁהּ אִם מְצָאָהּ לְרַשּׁוֹת הָרַבִּים וְטוֹוָה וָרָד כְּנֶגֶד פָּנֶיהָ וּמְשַׂחֶקֶת עִם הַבַּחוּרִים וְכוּ' h. e. *Quid est* ערות דבר? *Veluti si transgrediatur Legem Mosis: Ex. Grat. Si præbeat marito cibum qui non est decimatus; si menstruis laborans ministraverit ei: si non abscindat Challam seu particulam de massa ex qua panem faciunt: si votum faciat, & id non observet: Sic, si transgrediatur leges verecundiæ & honestatis mulierum Judaicarum; veluti si detecto capite exeat in plateam, quantumvis calathum in capite gestet; si fuco faciem suam tingat vel pingat: si cum juvenibus ludat. Nonnulli tamen existimant, ob hæc non posse repudium mitti, nisi admonitio præcesserit, & nisi testes habeantur.*

Eadem habentur in Majemonide cap. 24. §. 12. & 13. item in Ammúde gólah, seu libro Præceptorum parvo, ubi in glossa additur; אוֹ שֶׁהָיְתָה תּוֹבַעַת הַתַּשְׁמִישׁ מִבַּעְלָהּ בְּקוֹל רָם עַד שֶׁשְּׁכֵנוֹתֶיהָ שׁוֹמְעִין אוֹתָהּ מְדַבֶּרֶת עַל עִסְקֵי הַתַּשְׁמִישׁ אוֹ שֶׁהָיְתָה מְקַלֶּלֶת אֲבִי בַעְלָהּ בִּפְנֵי בַעְלָהּ *aut si fuerit exigens debitum conjugale à marito suo voce clarâ, ita ut ejus vicinæ audire potuerint eam loquentem de re ista, aut si fuerit maledicens patri mariti sui* (socero suo) *præsente marito suo.* Extant hæc quoque in שלחן ערוך parte 4. Num. 115. in Majemonide dicto loco.

In eodem Majem. cap. 10. §. 22. legitur & hoc: אִשָּׁה רָעָה בְּדֵעוֹתֶיהָ וְשֶׁאֵינָהּ צְנוּעָה כִּבְנוֹת יִשְׂרָאֵל הַכְּשֵׁרוֹת מִצְוָה לְגָרְשָׁהּ שֶׁנֶּאֱמַר עֶרְוַת דָּבָר וְיָצָא מָדוֹן *Mulier si sit malis moribus prædita, & non verecunda, sicut honestam filiam Israëlis decet, præceptum est ut dimittamus*

2011 Ministerio de Cultura

mus eam, ſicut dicitur; Expelle deriſorem, & ceſſabit contentio, Proverb. 22. v. 10.

Don Iſaac Abarbenel ex loco Deuteron. duas generales cauſas extrahit Repudii ſeu Divortii: 1. ערות דבר Turpitudinem & Impudicitiam, ſive ea conſiſtat in Scortatione & Adulterio ipſo, ſive in aliis, pudicitiâ muliebrem minus decentibus verbis, factis, vel geſtibus, aut certè ſuſpectam illam reddentibus: 2. חלוף הפזגים ובלתי הסכמת מזגי האיש ואשתו *Diverſitatem & diſſimilitudinem temperamenti & naturæ*; quando nempe Uxoris natura & indoles non eſt attemperata naturæ Viri, unde deinceps Diſplicentia, Tædium, Nauſea, item שנאה Odium, oriuntur. Et ex his jurgia, lites, contentiones, &c. Hanc ſuam ſententiam aliquot rationibus confirmat, quas in ſecunda hujus Diſſertationis parte videbimus.

Huc referunt etiam, ſi mulier famâ malâ, ſuâ quidem culpâ laboraverit, & ſe ſuſpectam reddiderit de re aliqua מכוער ביותר *vehementer fœdâ*, ejuſque rei teſtes adfuerint, licet actus ipſe ſcortationis clarè probari non poſsit: Veluti, Si ſola fuerit in cubiculo, & viſus fuerit vir egredi, eoque egreſſo, ſtatim viſa fuerit illa de lecto ſurgere, & vel femoralia induere, vel ſemicinctio ſe accingere: aut, ſi ſputum recens viſum fuerit ſuprà in thalamo: aut, ſi egreſsi fuerint ex loco caliginoſo & tenebroſo: aut hic illam, vel hæc illum è foſſa extraxerit: aut ſi viderint virum ipſam oſculantem ſuper Os induſii: aut viſi fuerint ſe mutuò amplexantes & oſculantes: aut unus poſt alterum introierit in cubiculum, & januam poſt ſe clauſerint, & ſimilia. Ob hujuſmodi præſumptiones volunt etiam dimitti poſſe uxorem, hasq; etiam comprehendi ſub עֶרְוַת דָּבָר.

Item, ſi quæ ſit מורדת rebellis marito ſuo, eique officium conjugale, ſeu quòd ipſum faſtidiat, ſeu ut ipſum irritet, deneget, Ibid. cap. 14. §. 8. &c. Sic Sponſa, quæ completo tempore, quo nuptiæ celebrandæ ſunt, refragatur, ut ægrè ſponſo faciat, repudiari poteſt, Ibid. §. 12.

In enumeratis caſibus & cauſis ſciendum, liberum eſſe marito uxorem repudiare, vel non repudiare, ſed ſervare.

91.

At verò, Si uxor deprehenſa fuerit corpus ſuum proſtituere,

2011 Ministerio de Cultura

vel à marito ipso, vel maritus id à fide dignis & sufficientibus testibus acceperit, quibus ipse fidem largiatur, tùm nolens volens cogitur, etiam Judicis authoritate interveniente, illam repudiare, neque ulteriùs, hoc quidem in casu, ipsi cohabitare licet; sic tamen ut ipsi dare teneatur dotem vel donationem propter nuptias. Quod si Uxoris propria confessio accesserit, tùm insuper etiam donationem hanc amittit. Majemon. in הלכות אישות capite 24. §. 16. 17.

92.

Qui Uxori suæ in præsentia duorum olim dixit, אַל תִּסָּתְרִי עִם אִישׁ פְּלוֹנִי *Ne abscondas te cum Viro isto* N. h. e. *ne clandestinè cum ipso convenias & conversèris*; ipsa verò insuper habitâ hac admonitione clàm cum illo conveniat, & tamdiu cum ipso sola commorata fuerit, ut pollui ab ipso potuerit, hujusque rei maritus vel testes habuerit, vel spectator ipsemet fuerit, illa ab eo tempore prohibita viro fuit, donec eam Aquis amaris potârit, quibus castitatem ejus explorârit, secundum Legem, de qua legere est Numeror. cap. 5. à v. 11. 12. & seqq. usque ad finem capitis. Hodiè verò, quando Aquarum istarum usus exspiravit, perpetuò ipsi est prohibita, omnique dote privata. Talis mulier dicitur סוטה *Declinans*, & de ea, ut & de dicta Lege Numerorum, peculiaris extat Tractatus Talmudicus, ita nominatus, & plurima inde in Ritualibus Judaicis.

93.

Si quis fiat מומר vel משומד Apostata, Hæreticus, Infidelis, ejus Uxor solenni Libello repudii ab ipso separari debet, neque facultatem habet (*ipsa*) alii nubendi, nisi Libellum repudii, juxta ritum Judæorum scriptum, à marito acceperit. Unde in istiusmodi casu maritum urgent, imò etiam, ut quidam volunt, per Magistratum Christianum adigunt, ut Libellum repudii legitimum uxori tradat. Neque enim existimant, Mutationem hanc fidei aut Apostasiam, perinde ut Mors, ita dissolvere vinculum matrimonii, ut nullo Libello opus sit. Casum hunc explicat R. Isaac Aráma in Akédath Jizchak fol. 252. col. 3. שָׁח לִי חָכָם אֶחָד כִּי אֶחָד מֵחַכְמֵי הַגּוֹיִם בִּרְאוֹתוֹ הַיְהוּדִים שׁוֹאֲלִים וְדוֹרְשִׁין גַּט מִיַּד אִישׁ יְהוּדִי מוּמָר וְהוּא הָיָה מְסָרֵב לְגָרֵשׁ הָאִשָּׁה הַיְהוּדִית שָׁאַל לוֹ לָמָּה יְבַקְשׁוּהוּ מִמֶּנּוּ כִּי אַחַר שֶׁיֵּצֵא מִדָּתוֹ רָאוּי לָהֶם לְהַחְשִׁיבוֹ כְּאִלּוּ אֵינוֹ והרי

2011 Ministerio de Cultura

וַהֲרֵי אִשְׁתּוֹ רְאוּיָה לְהֶחָשֵׁב כְּאַלְמָנָה לְכָל דָּבָר וְאָמַר שֶׁהָיָתָה תְּשׁוּבָתוֹ
אֲלֵיהֶן כִּי לֹא בָאָה עָלָיו הַמָּרָה עַצְמִית אֶלָּא מִקְרִית כְּלוֹמַר שִׁנּוּי הַשֵּׁם
אוֹ שִׁנּוּי הַשְּׁכוּנָה וְשֶׁאֵין בְּיָדוֹ לְהָמִיר עַצְמוּתוֹ בַּאֲשֶׁר הוּא יְהוּדִי ,
אָמַרְתִּי לוֹ הַתְּשׁוּבָה זֹאת הִיא אֲמִתִּית לְפִי דָּתֵנוּ וְהוּא מַאֲמָרָם ז"ל אע"פ
שֶׁחָטָא יִשְׂרָאֵל הוּא אֲבָל אֵינָהּ יְכוֹלָה לְהַכָּנֵס בְּאָזְנֵי הַגּוֹי הֶחָכָם שֶׁיֵּשׁ
לוֹ לְהָשִׁיב שֶׁאֵין עַצְמוּת כְּעֶצֶם הַדָּת וְאֵין מַהוּת כְּמַהוּת הָאֱמוּנָה
וְאַחַר שֶׁיָּצָא מִכְּלָלָה הֲרֵי אֵינוֹ יִשְׂרְאֵלִי לְפִי שָׁרְשֵׁי הַכֹּל שֶׁכֵּן שֶׁאֵינוֹ
רָאוּי לְהִקָּרֵא יְהוּדִי וְכוּ׳ *Narravit*, inquit, *mihi Sapiens quidam, se rogatum fuisse ab erudito quodam Christiano qui videbat Judæos Libellum divortii requirentes à Judæo Apostatâ, renuente Judaicam uxorem suam Dimittere; Ut quid hoc ab ipso peterent? Posteaquam enim Religionem suam deseruit, illum Jure ab ipsis haberi posse pro mortuo, ac si planè non ampliùs esset, & uxorem absolutè habendam pro Vidua! Respondit Sapiens ille; Mutationem hanc non esse substantialem, sed accidentalem, hoc est, Mutationem Nominis, vel Habitationis seu domicilii, quæ non possit mutare substantiam Judæi. Dixi ei; Responsio hæc verissima quidem est secundum nostram Legem, & convenit cum eo quod Sapientes nostri dicunt;* Etsi quis peccet, tamen est & manet Israëlita; *non tamen sufficiens fuit ad persuadendum Sapienti illi Christiano, qui excipere potuit; Nullam rem esse magis substantialem, quàm Fidem & Religionem, nec similem quidditatem, quidditati Fidei: Itaque posteaquam ab hac deflexit, non esse amplius Israëlitam, nedum Judæum vocandum; ac propterea mutatum esse mutatione substantiali, ex vivo in mortuum, aut ex mortuo in vivum, juxta id quod Sapientes dicunt;* Gentilis qui fit proselytus, est instar infantis modò geniti. *Mihi itaque videtur, ita respondendum esse, ut illi rem hanc rectè capiant. In conjunctione Mulieris cum Viro tria occurrunt: Primum est in ipsis, ut Animantibus irrationalibus; Carnalis videlicet commixtio ad generandum: Secundum est proprium Speciei humanæ in genere, sc.* יִחוּד *Appropriatio Mulieris alicujus certæ, uni soli viro, & ejus Prohibitio omnibus aliis, ne semina commiscentur (In hoc enim omnes rectâ ratione prædîti homines conveniunt): Tertium est, Modus peculiaris, & ab aliis differens, quo Appropriatio ista confirmatur. Hic modus ipsis contingit respectu Fidei & Religionis cui sunt addicti. Sic juxta Legem Mosis fit hæc confirmatio, vel Pecuniâ, vel Coitu, vel Literis: secundum religionem Christianorum Datione manuum, vel simili aliquâ ceremoniâ: Et sic unaquæq; natio suos peculiares habet ritus. Jam dico; Vir iste, qui mutavit religionē suam,*

non

2011 Ministerio de Cultura

non ſuſtulit hoc facto vim appropriationis, quam mulier apud ipſum habet, quæ ei juncta eſt, quatenus ſunt Homines, non quatenus Judæi; ideoq; licet mutatus ſit in fide, tamen adhuc eſt in Conjugio ſuo, ac proinde obligata eſt mulier Dimiſſionem ab ipſo petere: Requirimus autem ut id Libello fiat, ſcripto ſecundum Ritum Judæorum, quia ipſa Judæa eſt, neq; expelli poteſt, niſi Libello legitimo ſecundum religionem ſuam. Hactenus ille. Eadem, ſed brevius habet Abarbenel, Commentar. in Deuter. fol. 383. col. 2. Aliquid etiam de hoc caſu extat in Schylchan Aruch parte 4. ad Num. 154. §. 1. in Animadverſionibus.

Atq; hæ Cauſæ, quæ hactenùs allatæ ſunt, ferè ſunt Morales, Vitam & Actiones ſpectantes.

94.

Præter illas, ſunt quædam Naturales, quas etiam huc referunt, Vitia ſc. & Defectus quidam Corporis, ob quos Divortium fieri poſſe ſtatuunt: & hæ quidem reciprocæ ſunt, ita ut, ſi מומין Vitia talia reperiantur in Uxore, & Viro ante Deſponſationem nota neque fuerunt, neque eſſe potuerunt, Vir poteſtatem habeat eam dimittendi & expellendi per Libellum: ſi verò reperiantur in Viro, Mulieri libellus divortii petendus ſit à Marito, aut ſi dare renuat, coram Judice id petat, ut ejus authoritate Maritus cogatur ad Libellum ei dandum. Mulier enim non poteſt à marito ſeparari, niſi accepto libello repudii, dare marito ipſa non poteſt.

95.

Sic Vitia naturalia omnia, quæ prophanum & illegitimum reddunt Sacerdotem, prophanam quoque reddunt Mulierem. Et præter illa, adhuc inſuper ſequentia; Fœtidus ſudor, Fœtor oris, Cicatrix ex morſu canis: Verruca in fronte, &c.

96.

Vitia Viri, ob quam Uxor eum, ſi velit, cogere poteſt ad dandum ſibi libellum repudii, ſunt; Fœtor oris: Fœtor narium: Impotentia: Item, ſi mutato honeſto & mundo opificio, inhoneſtum & ſordidum tractare ceperit, veluti, ſi lucri causâ converrat fimum, ſi fiat coriarius, metallarius, &c. Quod ſi verò morbo inſanabili & contagioſo laboret, veluti, ſi fiat מוכה שחין Ulceribus maliguis laborans, &c. tum etiamſi uxor ei cohabitare vellet, ſeparant eos etiam invitos.

Huc

2011 Ministerio de Cultura

Huc pertinent & ista; si quis uxorem duxerit, & decem annis cum uxore habitarit, nullosque ex ea liberos susceperit, potestatem habet dimittendi eam. Majemon. in הלכו' אישו' cap. 15. §. 7. Sic in hoc casu uxor quoque libellum à marito potest flagitare, si probare possit, sterilitatem ex ejus impotentia provenire.

Item, si quæ ter ab abortiverit, הוחזקה לנפלים inepta judicatur ad liberos in lucem edendos, ideoq; dimitti potest, dote tamen numeratâ. Ibid. §. 12.

97.

Alia magis specialia, quæ in Jure & Ritualibus ipsorum habentur, prætereo. Ex his enim satis cuivis liquere potest, quæ sit ipsorum sententia: hæc etiam ad præsentem nostrum scopum sufficere possunt.

98.

Inprimis autem hoc ex hactenus dictis omnibus patet, quàm leviss imis, atque adeò nullis etiam de causis, olim licentiam sibi sumpserint Judæi, Uxoribus suis repudium mittere. Hoc etiam observandum, in his omnibus nulla vestigia deprehendi, vel cognitionem aut decisionem Judicialem, vel authoritatem publicam Magistratus, in toto hoc actu interveniss e; sed jus & facultatem fuisse penes merum arbitrium & voluntatem mariti. Quicquid superiores hac in parte fecerunt, vel facere potuerunt, fuit; vel maritos à proposito suo verbis dehortari, reconciliationi partium operam dare, aut si id obtinere statim non possent, moras circa scribendum libellum divortii nectere, plurimas illis difficultates objicere, sumptus aggravare, ac similia. Illis verò omnibus si nihil efficerent, mos gerendus maritis morosis fuit, & voluntati ipsorum parendum, videndumque ut omnia ritè ac decenter, secundum statuta sua peragantur, quæ summa certè & intolerabilis, simul etiam inexcusabilis, fuit licentia. Hodiè tamen rarissima sunt inter Judæos divortia, & fortè æquè rara & difficilia ac inter Christianos: nec nisi scitu & approbatione Rabbinorum fieri possunt. Sed pergamus, & videamus pauciss ima quædam de Personis per Divortium separatis.

2011 Ministerio de Cultura

CONSEQUENTIA.

99.

Uxorem dimissam potest alius quivis, excepto Sacerdote, ducere: Maritus etiam ipse eam potest reducere, quamdiu non alii viro nupserit; וְגַם רָאוּי לַעֲשׂוֹת כֵּן *quin & sic decet facere* (nisi palàm fuerit impia & adultera); imò si etiam interea temporis (post separationem sc.) scortata fuerit. Sed non licet eam reducere, si post divortium alii legitimè nupserit, aut saltem legitimè desponsata alii fuerit, Majemon. in הלכות גרושין cap.11.§.12.13. Fundant hanc suam sententiam in his verbis textus, *Non poterit maritus ejus prior, qui ejecit eam, iterum accipere eam, ut sit illi uxor, Posteaquam polluta facta est*; sc. respectu mariti primi, ex quo vir alius concubuit cum ea, vel, ex quo viri alterius uxor facta est. Nam talis est טְמֵאָה *polluta, immunda*, ac proinde alii viro prohibita. Sic exponunt & intelligunt Hebræi communiter ista verba. Vide Abarbenelem, Aben Esram, Majemon. in הלכות אישות cap.11.§.12.13. & alios. Itaque non satis mentem Hebræorum excussisse videtur Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis lib.2. scribens: *Sic & dimittere uxorem volenti modus præscribitur, nec dimissam ducere quisquam impeditur, præter eum qui dimisit, & sacerdotem.* Non enim absolutè impeditur maritus qui dimisit, sicut sacerdos: sed certâ ratione & limitatione.

Causam verò cur non eam liceat, postquam alteri nupsit, reducere, petunt ex istis verbis, כִּי תוֹעֲבָה הִיא לִפְנֵי יי וְלֹא תַחֲטִיא אֶת הָאָרֶץ *Quia abominatio est coram Domino, ut non polluas terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi in hæreditatem*, h.e. ut Abarbenel explicat, *foret hoc ex Aegyptiorum operibus, qui permutabāt uxores suas, & remittebant eas iterum in domos suas, causamq; & occasionem præberet magnam Scortationibus & Adulteriis.* Unde Jeremias, cap.3.v.1. *Si dimiserit vir uxorem suam, & abierit ab eo, & fuerit viri alterius, nunquid revertetur ad eam amplius? annon sic prophanando prophanabitur terra?* Sic scribit Isaac Arama: שֶׁאִם לֹא כֵּן הָיָה עִקַּר סְחוֹרוֹת הָאֲנָשִׁים הַפְּחוּתִים בְּחִלּוּפֵי מְטוֹתֵיהֶם וְתִמָּלֵא הָאָרֶץ זִמָּה *Quod si hoc non probibitum esset, tum porta aperta esset hominibus levibus ad negotiationem exercendam cum uxoribus suis, & permutandum eas, & sic repleretur terra scortatione.*

Quòd

2011 Ministerio de Cultura

Quòd verò, desponsatam etiam tantùm alii viro, non licet reducere, etiamsi nuptiæ nondum sint celebratæ; causam hanc reddit Abarb. כִּי מִי יוֹדֵעַ אִם נִבְעֲלָה אִם לֹא וְהַנִּסְתָּרוֹת לַיי אֱלֹהֵינוּ וְהַנִּגְלוֹת לָנוּ שֶׁנִּתְקַדְּשָׁה אֵלָיו, וְלָכֵן הֲרֵי הִיא כְּאִשְׁתּוֹ לְכָל דָּבָר *Nam quis novit, utrum ab eo cognita sit necne! Occulta enim sunt penes Dominum Deum nostrum, revelata autem penes nos, ex quibus est, quòd desponsata sit viro, ac proinde Uxor ejus.*

R. Levi ben Gerson hanc etiam prohibitionis hujus adducit rationem; Ne hinc causa & occasio detur oppressioni & rapinæ: *Talis enim*, scribit, *expellet à se uxorem suam ut nubat alteri, & studio dein omnis generis mala perpetret, quò iterum ab ipso ejiciatur, hocq; pacto alterius bona diripiat, atq; ad maritum suum primum deferat. Præterquam quòd res sit infamis, ut homo scortari faciat uxorem suam, pecuniarum & bonorum causâ.*

Non licet etiam ducere vel sumere Uxorem propter impudicitiam ab alio dimissam: אִשָּׁה שֶׁנִּתְגָּרְשָׁה מִשּׁוּם פְּרִיצוּת אֵין רָאוּי לְאָדָם נָשֵׁר שֶׁישָּׂאֶנָּה *Mulierem, quæ dimissa est propter impudicitiam, Vir honestus non ducet.* Majemon. in הלכות גירושין cap. 10. §. 22. *ne dicatur,* זֶה הוֹצִיא רִשְׁעָה מִבֵּיתוֹ וְזֶה מַכְנִיסָהּ *Iste eduxit impiam è domo sua, & hic introducit eam.*

100.

Unum adhuc pro Conclusione primæ partis hujus Dissertationis addemus, quod non præter rem, vel alienum ab hoc loco videtur; *de Davide & Michale, Saulis filia.* Casus hic est;

Saul dedit Filiam suam Michal Davidi in uxorem, 1. Sam. 18. v. 27. Postmodùm autem cùm odio prosequeretur Davidem, & David profugus & in exilio esset, ex ejus persequutione, Saul eandem filiam suam Michal, Davidis uxorem, dicitur dedisse ipsi Palti, (qui & *Paltiel*) filio Lais, qui erat de Gallim; 1. Sam. 25. v. ult. Rursus legimus, Davidem misisse nuncios ad Isbosethi filium Saulis, qui ei dicerent, ut restitueret ipsi uxorem suam Michal, quam sibi desponderit centum præputiis Philistæorum: & Isbosethum misisse, Michalem à viro Paltiel filio Lais tulisse: Paltielem virum ejus cum ipsa iviisse, lachrymisque & fletu eam prosecutum esse; 2. Sam. 3. v. 14. 15. 16.

In hac Actione magna undiquaque ἀπαξία conspicitur, & circa omnes Personas aliquid deprehenditur, quod Legum

2011 Ministerio de Cultura

ſepta perrumpat, & proinde variæ quæſtiones hinc exſurgunt.

De Saule enim quæritur; *Quinam ille Michalem filiam ſuam potuerit collocare Palti, vel Paltieli, quam ipſemet antea Davidi deſponderat & collocârat, pro centum præputiis Philiſtæorum, quæq; revera Uxor ejus fuit, & ſic in hac hiſtoria vocatur?*

De Palti; *Quomodo ille Michalem, oblatam à Saule, potuerit accipere & ſibi deſponſare, quam non ignorârat eſſe Davidis uxorem, ac proinde ſibi prohibitam?*

De Michale; *Quomodo ipſa potuerit alteri nubere, quæ ſcivit quo pretio à Davide empta fuerit, & comparata, neque ſe ab illius conjugii vinculo eſſe legitimè ſeparatam ac ſolutam? Patris poteſtati non amplius ſubjecta fuit ſed ab eâ exempta, ut ab eo non cogi potuerit ad hoc faciendum. Poſtquam ſemel fuit deſponſata, ſui juris & arbitrii in hoc negotio fuit. Si nullum libellum repudii à Davide habuit, fuit & manſit ipſius Uxor.*

De Davide; *Quî ipſe potuerit Michalem repetere & reducere? Michal enim vel fuit legitimè ab ipſo per libellum repudii dimiſſa, vel non fuit. Si dimiſſa ab ipſo fuit, non potuit eam reducere, poſtquam ab altero deſponſata, & alterius uxor facta eſt, uti paulò ante viſum: Si non dimiſſa fuit, fuit Adultera; & ſic iterum Davidi prohibita. Imò, quomodocunque ſe res habeat, mirum quomodo hoc voluerit David facere, qui Rex fuit, neq; uxoribus caruit?*

Ita ubique, ſi hæc hiſtoria ita intelligenda, quòd Saul Michalem Paltieli Uxorem dederit, difficultates & ſcopuli occurrunt.

Non attingemus hîc ea, quæ noſtri Interpretes ad hæc loca ſcribunt; ſed, ut in præcedentibus, Hebræorum ſententias & expoſitiones duntaxat producemus, liberum cuivis de illis judicium relinquentes. Variæ autem ſunt hac de re Rabbinorum ſententiæ.

R. D. KIMCHI ad 1. Sam. 25. v. ult. ad hæc verba, *Et Saul dedit Michal filiam ſuam, uxorem Davidis, Palti filio Laiſch qui ex Gallim*) ſic ſcribit; *Quæritur hîc, cùm Michal uxor Davidis fuerit, quomodo Saul eam dederit Paltio, & quomodo Palti filius Laiſch eam accipere potuerit, quæ fuit uxor Davidis? Si dixeris, quòd per tranſgreſſionem & prohibitionem hoc fecerint; quæritur, quomodo David poſtea*

eam

2011 Ministerio de Cultura

eam iterùm acceperit, cùm ipsi prohibita fuerit, quia fuit ab alio jam voluntariè compressa, dum adhuc uxor ejus esset? Quidam ex Rabbinis nostris p. m. dicunt, Desponsationem ☞ *Palti cum Michal, cum transgressione,* (malè) *factam esse.* Alii *dicunt,* in Desponsatione Davidis cum Michale errorem commissum fuisse, sicut dicitur; *Qui percusserit eum, illum ditabit rex divitiis amplissimis,* 1.Sam.17. 25. *Illo enim die vel tempore fuerunt* (divitiæ illæ promissæ) *mutuum* (instar mutui Davidi) *apud Saulem: qui autem desponsat aliquam cum mutuo, illa non est desponsata. Et quamvis præputia Philistæorum,* (quæ ex pacto David attulit Sauli) *fuerint Sponsalia* (h. e. loco arrhæ desponsationis); *cogitavit tamen etiam Saul, mentem Davidis* (circa desponsationem filiæ suæ) *fuisse mutuum illud* (illum respexisse ad divitias illas promissas, quia dictum fuit illic; *Eum ditabit Rex divitiis amplis, & filiam suam dabit ei,* & sic geminum pignus fuit): *David verò ad ducenta præputia respexit, quæ dedit & pro dote, & prosponsalibus.* Alii *dicunt, hunc Palti non congressum esse cum ea unquam toto eo tempore quo cum ipso fuit, quia gladius fuerit suspensus inter illum & ipsam, ut non attingeret eam. Quod ad illud attinet, quòd de Palti dicitur, illum Michalem à se discedentem, fletu & lachrymis prosecutum esse, 2.Sam.3. v.16. id intelligendum esse ab ipso factum, propter præceptum hoc quod è potestate ejus abibat* (h. e. quòd discessu Michaelis pulchrâ hanc præcepti continentię observandi occasionem amitteret) *quo hactenus tantopere suam concupiscentiam refrænavit* (ut quamvis Michal in eodem lecto cum ipso cubârit, tamen eam non attigerit). *Verùm* (pergit Kimchi) *hæ sententiæ omnes longissimè recedunt à sensu simplici & literali. Mihi itaq; videtur, Davidem libellum repudii misisse Michali: nam videmus, Saulem odio prosecutum esse Davidem tanto, postquam ejus gener factus est, ut David à facie ejus fugâ sibi consuluerit. Videns verò Saul, Davidem fugere, licet aliquando ad ipsum rediret, coëgit eum ad libellum Divortii dandum filiæ suæ, ne solitaria,* ܐܝܬܝܬܦ (Heb. עגונה) *maneret, quod & David fecit. Hoc facto dedit eam Saul* ☞ *Palti filio Lais in uxorem. Quod si dixeris, vel excipias; sic verò non licitum fuisse Davidi, iterum eam ducere* (*prohibitum enim homini est reducere repudiatam suam, posteaquam alteri vel nupta vel desponsata est*); *respondemus, Davidem non ex sua sententia & voluntate dedisse* (sed coactum). *Quod si porrò dicas, Quis coëgit eum? annon fugit à Saule?* (respondeo) *Etsi fugerit, videmus*

2011 Ministerio de Cultura

tamen illum postea etiam cum Saule (quandoque) *fuisse, sicut dicitur*; Si recensendo desideraverit me pater tuus, &c. 1. Sam. 20. v. 6. *Et tota illa historia docet, Davidem, posteaquam ab ipso fugit, tamen ad illum* (Saulem) *rediisse. Itaque dum cum ipso esset, coëgit eum ad dandum libellum divortii: libellus autem divortii inter Israëlitas non rectè factus, nullus est. Si ulterius dicas; An domus judicii Saulus nescivit, Libellum illum divortii esse illegitimum?* (respondeo) *Fieri potuit, ut existimarint, illum esse legitimum, quòd voluntate Regis esset factus: aut* (quod melius) *respondere possumus, Davidem, antequam libellum divortii daret, coram duobus testibus, qui ex amicis ejus essent, dixisse; Videte, ecce ego cum traditione libelli fugio; hoć rem clam & secretò habuisse, & sic eum tradidisse: sić libellum nullius valoris fuisse: Palti autem & Michalem ignorasse hoc, sed existimasse, Libellum bonum & legitimum esse. Quin & fieri potest, quòd Libellus divortii ab initio fuerit uti oportebat, & per procuratorem à Davide missus sit; deinde autem ab ipso abrogatus, revocatus, antequam ad manus Michalis perveniret, ipsâ insciâ. Sic verò Michal per errorem ducta fuit à Palti, neque illicitum Davidi erat eam reducere. Perinde enim hoc fuit, ac si vervim compressa fuisset, quia existimavit* (Michal sc.) *libellum esse justum & legitimum. Vis enim & error in eodem sunt gradu respectu mulieris maritatæ. Sic dicunt ad id quod legimus,* וְהִיא לֹא נִתְפָּשָׂה Et illa non fuerit comprehensa (mulier sc. adultera) Numer. 5. 13. *id esse restringendum ad eam quæ vim patitur, & quod ibidem v. 12. legitur,* וּמָעֲלָה בּוֹ מָעַל Et prævaricata fuerit in eum prævaricationem; *ad eam quæ per errorem peccaverit, eaq́ licita sit marito suo.* Hactenus Kimchi.

In his Kimchi verbis eæ sententiæ, quas ab initio recenset, petitæ sunt ex Talmudicis, in Sanhedrin cap. 2. fol. 91. pag. 2. unde lucem illæ accipient. Ibi inter alia sic: מאי קדושי טעות *Quænam sunt sponsalia erronea?* דכתיב והיה האיש אשר יכנו יעשרנו עושר גדול וגו' אזל קטליה אול מלוה איתי לך גבאי והמקדש במלוה אינה מקודשת *Cùm inter Israëlitas promulgatum esset*; Quisquis percusserit virum istum (Goliathum) eum ditabit Rex divitiis magnis, & filiam suam dabit ei, 1. Sam. 17. v. 25. *atque David abiisset, & eum occidisset; dixit ei Saul; Hoc* (quod promeruisti) *mutuum tuum erit apud me: qui verò per mutuum* (rem mutuò acceptam) *aliquam desponsat, ea desponsatio invalida est:* (Hinc Saul putavit se liberatum, ut non cogatur filiam suam Merab Davidi dare) אזל יהבה לעדריאל

2011 Ministerio de Cultura

לעדריאל דכתיב ויהי בעת תת את מירב בת שאול לדוד *Ivit ergo Saul, & collocavit eam Adrieli, ſicut dicitur*; Fuit autem cùm danda eſſet Merab filia Saulis Davidi, ut daretur Hadrieli, &c. 1. Sam. 18. v. 18. אמר ליה אי בעית דאתן לך מיכל זיל אייתי לי מאה ערלות פלשתים אזל אייתי ליה אמר ליה שאול מלוה ופרוטה איית לך גבאי שאול סבר מלוה ופרוטה דעתיה אמלוה ודוד סבר מלוה ופרוטה ואי בעית אימא דכ"ע מלוה ופרוטה דעתיה אפרוטה ושאול סבר לא חזי ולא מידי ודוד סבר חזי לכלבי ושונרי *Ad Davidem autem dixit porrò Saul; Si vis ut dem tibi Michalem, vade & affer mihi centum præputia Philiſtæorum. Hæc cùm David attuliſſet, dixit ei; Nunc mutuum & numum* (argentum, pecuniam) *apud me habes depoſitum. Saul enim exiſtimavit, Davidem animum ad mutuum adjecturum* (& ſic ſe iterum occaſionem habiturum, promiſſum ſuum aliquâ ſpecie retractandi, ut antea): *David contrà cum utrumque ei proponeretur, reſpiciebat ad numum vel argentum* (quo deſponſario legitimè perficitur) &c.

R. LEVI BEN GERSON ad eundem locum ſcribit: *Mirum eſt, quî hoc fecerit Saul*, (ut Michalem daret ~~no~~ Palti), *cùm eſſet Uxor Viri* (Davidis). *Rabbini noſtri dicunt, quòd eam non contigerit Paltî filius Laiſch. Et certè videtur res ita habere, cùm David poſtea eam repetierit. Hoc enim docet, Publicè notum fuiſſe, & conſtitiſſe, illum non tetigiſſe eam.*

R. ISAAC ABARBENEL autem has ſententias omnes *primò* rejicit, & refutat; *deinde* ſuam hac de re ſententiam proponit.

De præcedentibus ſententiis ſcribit: וְכֻלָּם בְּעֵינַי דִּבְרֵי רוּחַ לְאֶפֶס וְתֹהוּ נֶחְשְׁבוּ לִי *Omnes illæ ſunt in oculis meis inſtar venti, & pro nihilo apud me reputatæ. Scriptura enim nuſpiam dicit, quòd David libellum divortii dederit uxori ſuæ: Saul eum ad hoc non adegit, imò ne ſcivit quidem quòd David fugeret; David etiam nullam fecit Obligationem ſcriptam, neque Procuratorem miſit. Hæc omnia ex ſemetipſo commentus eſt R. D. Kimchi, quorum nullum veſtigium extat in Scriptura. Et, ſi Michal fuit uxor Palti, etiam cum libello divortii dimiſſa à Davide, an credibile eſt, Davidem illam reducturum fuiſſe? Hoc de nullo alio homine poteſt cogitari, illum hoc facturum, multo minus ex honore Davidis fuiſſet. Michal nullos liberos peperit Davidi, unde potius decuit, ut ne quidem de ea cogitaret, vel eius nominis amplius meminiſſet, poſteaquam uxor facta fuit ~~to~~ Palti filii Laiſch: Neque David deſtitutus fuit uxoribus,*

2011 Ministerio de Cultura

uxoribus, ut hoc flagitium committeret. Non etiam necesse est, ut cum Rabbinis nostris dicamus; Davidem fidem habuisse publicæ famæ, quod non compresserit eam Palti: de hoc enim nemini certò constitit. Quis veritatem hujus rei ipsi confirmare potuisset, posteaquam uxor ejus fuit, & in sinu ejus cubuit? Præterea, secundum Legem, posteaquam desponsata fuit, prohibita fuit marito priori, etiamsi secundus eam non violaverit. Hæc Abarbenel de præcedentibus sententiis.

Suam verò postmodum sic exponit sententiam: *Ad perplexitates istas omnes evitandas, dico ego; absit, ut dicamus, Saulem dedisse filiam suam, uxorem Davidis, Palti filio Laisch in uxorem. Saul etenim etiam timuit Dominum Deum cœlorum, quomodo itaque tam grande scelus commisisset? Revera itaque sic se res habet; Cùm Saul vidisset, Davidem ducere uxores alias, Abigaelem & Achinoamam, sollicitus, ne Michal filia sua scortaretur, ceu juvencula, neque satis, ut deceret, honoris patris sui rationem gereret; inprimis cùm videret, Davidem maritum suum, à facie patris ejus ejectum, & fortassis cogitet, Davidem non amplius ad domum suam reversurum; idcircò ut eam custodiret, nec illa ultra quam par est affligeretur, aut fortassis ausugeret ad quærendum Davidem cum ignominia & indignatione Patris sui; ob hæc omnia sollicitus & anxius Saul, dedit filiam suam Michalem Palti filio Laisch, ad fideliter custodiendum eam, instar filiæ. Videtur enim, hunc Palti fuisse hominem senem, uxorem & liberos habentem. Dedit itaque ipsi Saul Michalem, ut in domum suam reciperet eam, honoris & custodiæ causâ, non ut uxor ejus fieret. Absit. Hac de causa iverant unà cum ipsa, filii Merab sororis ejus, quos pepererat Adrieli, ut educaret eos; quo sic unà cum illis* (ex ipsorum consortio & conversatione) *adimeretur de mœrore cordis ejus, & vitæ viduitatis, in qua versabatur, sicut explicatur in fine libri hujus*; Tulit ergo Rex duos filios Rizpa, &c. & quinque filios Michal filiæ Saulis, quos pepererat Adrieli filio Barsillai &c. 2.Sam.21.v.8. *qui* (quinque filii) *erant cum ipsa, unde vocantur* Filii ipsius, *ob hanc causam. Hinc non dicitur hîc* (1.Sam. 25 v. ult.); Et Saul dedit Michalem filiam suam, uxorem Davidis, in uxorem ipsi Palti filio Laisch: *quia etiam non dederat eam ipsi in uxorem, verum ad custodiendum eam: sed dicitur tantùm*; Et dedit Michalem filiam suam. *Idem etiam confirmat, quod dicitur*; Et Saul dedit filiam suam, Uxorem Davidis; *cùm enim Davidis uxor fuerit, non potuit nuptum dari alteri: dedit ergo eam ipsi Palti, ut esset instar depositi*

apud

2011 Ministerio de Cultura

apud ipſum, & ut blandis verbis eam conſolaretur, nec mœrore conficeretur ob maritum ſuum, qui longè ab ipſa aberat aliasq; uxores duxerat. Ideò venit iſte verſus in hoc loco, poſteaquam dictum eſſet, Davidem alias uxores duxiſſe, Abigaelem & Achinoamam. Et hac de cauſa cogitavit David de repetenda illa, petiitq; ab Abnero, ut eam ſibi reſtitueret, quæ vixit in viduitate vitæ in domo Palti, ut eam exhilararet, ob luctum quem eò uſque ejus cauſâ perceperat, eò quòd pater ejus Saul ipſam mœrore affecerat, prohibendo ne ad ipſum venire poſſet. Quod verò poſtea dicitur; Et ivit cum ea אִישָׁהּ vir ipſius eundo & flendo, 2.Sam.3.16. *vocatur hîc Palti* Vir ipſius; *eò quòd apud ipſum fuerit; non enim dicitur* בַּעְלָהּ Maritus ipſius; *quia non fuit Uxor ejus. Sic dicit Propheta nomine Dei;* Vocabis me, אישי Vir meus, non vocabis me amplius בעלי Maritus meus, Hoſ.2.v.16. *quia nomen* אִישׁ Vir *dicitur de Cuſtode & Domino: nomen autem* בַּעַל *ſignificat* Maritum, aut dominium maritale. *Sic invenimus in Talmud, in Maſſécheth Jomah,* (cap.1. in Miſchnah) *quòd dixerint olim in die Expiationum ad ſacerdotem maximum;* אישי כהן גדול Vir mi (Domine) Sacerdos magne, *ad denotandam ejus dignitatem & poteſtatem ſeu dominium. Hoc ſenſu itaque dicitur hic de Palti,* אִישָׁהּ Vir ejus. *Rabbini quidem noſtri, ut ſenſum literalem retinerent, ajunt ideò ſic vocari ipſum, quòd Michal deſponſata eſſet ipſi: ſed veritas rei id non admittit, & explicandum eſt prout ego dixi. Quia autem Palti intimè Michalem dilexit, dum ſub ejus cura, & fidei ejus commiſſa fuit; ideò propter ſummum iſtum amorem, quo eam ut pater filiam proſecutus eſt,* iviſſe dicitur poſt eam eundo & flendo. *Sic ergo patet, Michalem Palti non fuiſſe deſponſatam, vel nuptam, & propterea eam repetitam fuiſſe à Davide.* Hactenus Abarbenel.

R. SAMUEL LANIADO rejicit ſententiam Abarbenelis, & putat adhærendum eſſe ſententiæ Talmudicorum, & exiſtimat, ex ſingulari revelatione Divina cognoviſſe Davidem, quòd Palti non agnoverit Michalem.

Scribunt etiam, eundem qui in libro primo Samuelis dicitur Palti, 2.Sam 3. vocari פלטיאל *Paltiel*, שפלטו אל מן העבירה *quod* אל EL *Deus eum eripuerit & præſervârit à tranſgreſſione*, in antè citato loco.

Idem Laniado ad 2. Sam. 3. v. 16. ubi verba Hebræa habent; וַתִּקָּחֶהָ מֵעִם אִישׁ מֵעִם פַּלְטִיאֵל *Et accepit eam de cum viro, de cum*

2011 Ministerio de Cultura

Paltiele, i.e. à viro illo cum quo erat, à Paltiele, ſcribit, ſibi videri etiam attendendum ad מֵעִם geminatum, nec fruſtra illud factum eſſe; atque ita intelligendum; *Quamvis ille fuerit ipſi in Virum* (maritum) *tamen non attigiſſe ipſam, ſed puram & illibatam cum ipſo manſiſſe, ac ſi cum nullo viro fuiſſet, tamquam cum angelo; quia* פִּלְטוֹ אֵל *liberaverit eum Deus fortis, & fortitudine* כְּלִישׁ *inſtar leonis quaſi armarit ad concupiſcentiam ſuam vincendam.* Vel dicit ita intelligendum; A viro; *à viro juſto & integro, ſicut* viri *vocabulum ſumitur, quando dicitur*; Beatus אִישׁ Vir, qui timet Dominum, & præceptis ejus delectatur valdè, Pſalm. 12. v. 1. *quamvis illa fuiſſet cum ipſo uxoris loco, &c.*

JONATHAN Paraphraſtes Chaldæus, pro Hebræo אִישׁ uſurpavit nomen בַּעַל *Maritus*, quamvis illud etiam *Dominum* ſignificet: ſic enim reddit verſum 16. cap. tertii 2. Sam. וְשָׁלַח אִישׁ בּוֹשֶׁת וְלָקְחָה מִן עִם בַּעְלָהּ מִן פַּלְטִיאֵל בַּר לָיִשׁ וְדַבְּרוֹהִי *Miſitq; Isboſeth, & tulit eam à marito ejus, à Paltiele, filio Laiſch.* Sic verſ. ſeq. וַאֲזַל עִמָּהּ בַּעְלָהּ *Et ivit cum illa maritus ejus.*

Sed ſatis quoque de his.

Et ſic eſt prima hujus Diſſertationis pars, De Sponſalibus & Divortiis.

PARS II.

AN Chriſtus & Moſes circa Divortiorum Doctrinam ſibi invicem ſint contrarii, & quomodo conciliari queant?

I.

Vidimus hactenus hiſtoricè Hebræorum, de Sponſalibus & Divortiis, Jura atque ritus nonnullos. Quia verò illi ſuæ ſententiæ, etiam de Divortiis ac Repudiis, fundamentum ponunt in MOSE, quaſi Ipſe in Lege ſua, & Divortia præceperit, & non unam, ſed plures illorum cauſas conſtituerit atq; permiſerit; CHRI-

STUS

2011 Ministerio de Cultura

STUS autem in Novo Testamento utrique huic assertioni contradicere videtur, negans primò, Divortia à Deo per Mosen esse præcepta; secundò, ob alias causas Uxores repudiari posse, nisi ob adulteriũ; dignum sanè operæ pretium fuerit, in Christi & Mosis mentem paulò diligentiùs inquirere, illos inter se conferre, & videre; *Utrum in hac materia inter se contrarii sint Moses & Christus?*

2.

In duobus verò Christus videtur Mosi esse contrarius; 1. In eo, quòd, ex interpretatione Judæorum, Divortia Moses præceperit; Christus verò Præceptum esse negat: 2. quòd Moses plures illorum causas ponat; Christus nonnisi unam, Adulterium nimirum, admittat.

3.

Primò igitur quæritur, *An Verba Mosis Deuter. 24. vers. 1. de Divortio & Libello Divortii dando, sint verba mandati ac præcepti, atque ita hîc Christus ei sit contrarius?*

JUDÆI, uti vidimus, quæstionis hujus tenent Affirmativam, & Divortia, non minùs quàm Sponsalia & Conjugia, Præcepta esse volunt, juxta illud ipsorũ dictũ, מִי שֶׁצִּוָּה בְקִדּוּשִׁין צִוָּה בְּגֵירוּשִׁין *Qui præcepit de Sponsalibus, idem quoq; præcepit Divortia.*

Sententiam suam confirmant ex Mose, Deuter. 24. v. 1. 2. 3. 4. Verba ejus in Hebræo textu ita habent, כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבְעָלָהּ וְהָיָה אִם לֹא תִמְצָא חֵן בְּעֵינָיו כִּי מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר וְכָתַב לָהּ סֵפֶר כְּרִיתֻת וְנָתַן בְּיָדָהּ וְשִׁלְּחָהּ מִבֵּיתוֹ : וְיָצְאָה מִבֵּיתוֹ וְהָלְכָה וְהָיְתָה לְאִישׁ אַחֵר : וְשָׂנֵאָהּ הָאִישׁ הָאַחֲרוֹן וְכָתַב לָהּ סֵפֶר כְּרִיתֻת וְנָתַן בְּיָדָהּ וְשִׁלְּחָהּ מִבֵּיתוֹ אוֹ כִי יָמוּת הָאִישׁ הָאַחֲרוֹן אֲשֶׁר לְקָחָהּ לוֹ לְאִשָּׁה לֹא יוּכַל בַּעְלָהּ הָרִאשׁוֹן אֲשֶׁר שִׁלְּחָהּ לָשׁוּב לְקַחְתָּהּ לִהְיוֹת לוֹ לְאִשָּׁה אַחֲרֵי אֲשֶׁר הֻטְמָּאָה וגו׳ Hæc verba Mosis ipsi ita exposuerunt, ut duo ex illis elicuerint præcepta, Judæorum Magistri: 1. *Affirmativum*; Si cui uxor displicet, ut ei scribat libellum repudii,

2011 Ministerio de Cultura

illamque à se ableget: 2. *Negativum*; Ne, quam quis repudiavit, reducat postquam illa alteri viro nupsit. Sic enim interpretantur: *Si acceperit Vir mulierem, & rem habuerit cum ea, & accidat, ut ea non inveniat gratiam in oculis ejus, eò quòd inveniat in ea turpitudinem aliquam*, tùm scribat ei libellum Repudii, & in manum ipsi tradat, ac dimittat eam è domo sua: *Hoc facto, si egressa fuerit è domo ipsius, abieritq; ac nupserit viro alii, hicq; vir posterior odio prosequatur eam, & itidem ei scribat libellum repudii, eiq; in manum tradat, atque è domo sua emittat: aut, si vir posterior, qui eam in uxorem duxit, mortuus fuerit*; non poterit maritus ejus primus, qui eam dimisit, rursus eam accipere sibi in uxorem, posteaquam polluta facta est, &c. *Sic illi.*

CHRISTUS verò videtur statuere, non esse Præceptum Divinum, sed tantùm Permissionem, Conniventiam & Indulgentiam, Judæorum duritiei & austeritati indultam. Nam cùm Matth. 19. v. 7. Pharisæi dicerent; *Cur ergo Moses* mandavit *dare libellum Repudii, ac dimittere eam?* respondit Christus; *Moses pro duritia cordis vestri* permisit *vobis dimittere uxores vestras*; q. d. *Moses, si rectè ipsum expenderitis, nequaquam mandavit vobis dimittere uxores vestras, sed ad dimissiones hujusmodi, quibus jam addicti & assueti eratis, connixit, easq; nec præcipiendo, nec disertè prohibendo, in medio q. reliquit, toleravit, & permisit; non quòd ita esset Legi & voluntati Dei conforme, sed ut aliquid duritiei cordis vestri indulgeret, quos scivit esse contumaces, duros, refractarios, & erga uxores vobis minùs placentes, inclementes & austeros: nullibi invenietis verba aliqua hac de re præceptiva & imperativa, sed permissiva duntaxat, nulla absoluta & categorica, sed hypothetica, &c.* Sic Christus.

Quæritur ergo; *Christusne, an Judæi, & Pharisæi, meliores sint Mosis Interpretes?*

Dicimus, Judæos pravè verba Mosis interpretatos esse, & intellexisse; Christum verò benè. Judæi enim id, quod Moses hypotheticè & συγχωρητικῶς proposuit, ac tacitè q. Judæorum vel facto & consuetudini, vel etiam naturæ atque indoli, dedit & indulsit, id ipsi pro Jure & Præcepto arripuerunt. Scio equidem, multos alios, etiam ex nostris Interpretibus, esse, qui verba versus primi præceptivè exposuerint, ut Vulgatus Latinus, *Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus,*

2011 Ministerio de Cultura

ejus, propter aliquam fœditatem, ſcribet *ei libellum repudii*, & dabit *in manu illius*, & dimittet eam *de domo ſua, &c.* In eundem ſenſum reddunt, Munſterus, Caſtalio, Verſio Gallica, Lutherus, Deodatus in Verſione Gallica & Italica, &c. At verò ſi attenderimus, & rectè conſtruxerimus verba Moſis, deprehendemus minimè hanc ejus eſſe mentem, & nonniſi unicum in his verbis ab ipſo proponi præceptum; videlicet, *De non reducenda uxore repudiatâ, poſteaquam polluta eſt*, v.4. cætera omnia, quæ ſc. v.1.2. & 3. extant, καθ' ὑποθεσιν, ἡ ἐπ' συγχώρησιν tantùm inſeri, & Factum Humanum ſupponere, non verò Præceptum Divinum exponere; Omnia enim, quæ tribus verſibus primis dicuntur, dependét à Conjunctione Conditionali אִם *Si*, quæ v.1. habetur, ac ſuſpenſum ſenſum reddunt: quia omnia verba ſequentia uſque ad verſum quartum, copulativam Vav *ET* præpoſitam habent, & cum primo verbo per eam connectuntur; *Si non invenerit, &c. & ſcripſerit, &c. & exiverit, & abiverit, & fuerit viri alterius: & odio habuerit eam, &c. & ſcripſerit, & dederit, & dimiſerit, &c.* dein v.4. omittitur לֹא יוּכַל *Non poterit*; unde apparet, illud Verbum præcedentibus omnibus reſpondere & ſubjungi. Obſervarunt hæc non pauci eruditi Interpretes, & ſenſum hunc in ſuis verſionibus expreſſerunt. Pagninus: *Si acceperit vir mulierem, & coierit cum ea, accidat autem, ut non inveniat gratiam in oculis ejus, quòd invenerit in ea turpitudinem aliquam, & ſcripſerit ei libellum repudii, ac poſuerit in manu ejus, ejeceritq; eam è domo ſua, &c.* Sic Tremellius, Piſcator, & quidam alii. Hinc & Vatablus in ſuis notis ad verſum primum; *Non eſt*, inquit, *hîc ſententia abſoluta, ſed debet hic verſus jungi verbis ſequentibus*, Non poterit prior, &c. Et Calvinus ad hunc locum ſcribit: *Cæterùm quidam interpretes non legunt hos tres verſus uno contextu, ſed plenam ſententiam eſſe volunt, ut maritus teſtetur ſe divortium facere cum uxore, non ob crimen, ſed quia famæ venuſtas ejus libidini non ſatisfaciat. Si quis tamen propiùs attendat, facilè videbit, eſſe unum duntaxat Legis caput, nempe; Ubi quis uxorem repudiaverit, fas non eſſe iterum eam ducere, ſi alteri nupſerit.* Rectiſsimè & judiciosè! neq; ſine vi alium ſenſum admittunt verba Moſis.

Obſervavit hoc etiam ex Hebræis, ſagaciſsimus Abarbenel in ſuis ad hunc locum Commentariis, & faſſus eſt, Unicum tantùm novum in his quatuor verſibus contineri præceptum. *Primò*

2011 Ministerio de Cultura

enim quatuor istos versus ita ἀναφέζει : *Nunc explicat Moses, quòd si quis duxerit uxorem, & cum ea congressus fuerit, interea autem accidat, ut ipsa non inveniat gratiam in oculis ejus, eò quòd sit naturæ & moribus ipsius contraria, sicuti scribit* ר"א, *aut quòd in ea inveniat fœditatem aliquam, quam tamen ipse revelare & divulgare nolit, seu quòd nullos ejus rei testes habeat, seu quòd suo proprio honori cavere velit, & hujus rei causâ ei libellum divortii scripserit, eum in manus ipsius tradiderit, sicq; è domo sua dimiserit; postmodumq; eveniat, ut ipsa è domo ejus egressa, per solennia sponsalia alterius viri uxor fiat, hicq; vir posterior vel odio eam habeat, aut ei per mortem eripiatur; quod si, inquam, hæc omnia fieri contingat, caveo ego, ne maritus prior, qui dimisit, reducere eam queat, & denuò ipsam in uxorem sibi accipere:* Sic explicatâ Mosis mente, Secundò infert hinc; מוֹרֶה הַרֵי לְךָ שֶׁמִּבַּע הַפְּסוּקִים שֶׁהַבִּיאוּר אֲשֶׁר חִדֵּשׁ בְּכָאן הוּא לֹא יוּכַל בַּעְלָהּ הָרִאשׁוֹן וגו', וְשֶׁהוּא גָּזְרַת הַמַּאֲמָר כּוּלּוֹ וְשֶׁאֵר הָעִנְיָנִים בָּאוּ לְהַכְרִחַ הָעִנְיָן ' לֹא לִהְיוֹתָם אֲזֶהָרוֹת מְחוּדָּשׁוֹת בְּכָאן , וְלָכֵן בָּאוּ בְוַאו הָעֲטֶף וְכָתַב לָהּ , וְשִׁלְּחָהּ ' וְשִׁנְּאָהּ , וְגִזְרַת הַמַּאֲמָר לֹא בָּאָה כְוַאו שֶׁהוּא לֹא יוּכַל בַּעְלָהּ הָרִאשׁוֹן וגומ' *En hinc vides, quòd natura* (constructionis) *istorum versuum doceat, novum* (præceptum) *quod Moses hîc proponit, esse istud;* Non poterit maritus ejus prior accipere eam, &c. *& hoc esse Conclusionem totius istius Paragraphi seu Enunciati; reliqua verò propter necessitatem rei, seu occasionaliter, subjectâ materiâ sic requirente, adjecta esse; non quòd nova hîc proposita sint monita vel præcepta. Unde connectuntur per Copulativam* Et; Et scripserit; Et dimiserit eam; Et odio habuerit eam; *Conclusio verò, seu Sententia ipsa non venit cum copulativa Vav, quæ est;* Non poterit maritus ejus prior, &c. *Hactenus ille.*

Acceptamus ingenuam veritatis confessionem, neque ab ea recedendum existimamus, quia nullum alium in verbis Hebræis sensum invenimus. Dicimus ergo, hoc fundamento posito: Moses in his verbis de Divortio faciendo & libello divortii dando, vel dedit Præceptum, vel non dedit. Si Præceptum hîc dare voluit, quare non, ut alibi, præceptivè verba sua proposuit? quare dicit Abarbenel, verba illa quæ de Divortio agunt, occasionaliter tantùm, & propter necessitatem præcepti subsequentis, inserta esse? Si nullum Præceptum dedit, vel, si non de novo hîc præceptum istud proposuit, sed jam alibi id fecit; quæro Ubi, & quo in loco? Nullus alius locus in Mose extat, vel ex Lege ejus produci

2011 Ministerio de Cultura

duci poteſt, in quo voluntaria & arbitraria iſtiuſmodi Divortia Moſes præceperit. Concludo ergo, nullum Præceptum eſſe. Tota hæc doctrina ex pravo intellectu, & ſiniſtra interpretatione verborum Moſis promanavit.

Quid ergò, inquiat aliquis, *ſentiendum? Quo ſenſu, quâ mente ſunt iſta à Moſe prolata?*

Mihi, ſalvo aliorum judicio, videntur iſta, quæ de Divortiis hîc κατ' ἐξοχὴν Moſes proponit, *non* fundata eſſe *in* aliquo *Præcepto*, quod vel jam antea datum ab ipſo fuerit, vel dare hîc voluerit (quia neque hîc, neque alibi, tale mandatum in Moſe extat) ſed *in Facto &* prava *Conſuetudine* Judæorum. Videntur illi tum temporis jam ita in more habuiſſe, tanquam populus inſolens, ferox, refractarius, contumax, ut pro lubitu uxores ſuas, ſi qua fortè ipſis diſplicuiſſet, aut aliâs exoſa & inviſa facta eſſet, dimitterent, & libellum repudii eis darent, novasque ducerent. Quinimò ab Aegyptiis fortaſsis iſtum morem viderunt ac didicerunt, de quibus conſtat, illos Leges conjugii non magni feciſſe & ſtrictè obſervaſſe: Sanè quæ hypotheticè hoc pacto proponuntur, communiter ſolent eſſe de rebus jam notis & uſitatis. Ideò enim ſupponuntur, quia nota & vulgata cenſentur. Conſuetudini itaq; huic ipſorum pravæ, & naturæ ipſorum obſtinatæ, tantum indulgere voluit ſeu Moſes, ſeu Deus ipſe per Moſen, ut quamvis non bona & laudabilis eſſet, tamen lege ſeverâ laqueum ipſis induere noluerit, ſed, nec approbando aut licitam faciendo, nec diſertè improbando, permittere & in medio quaſi relinquere, hac ſolùm adjectâ clauſulâ, ne nimis exorbitaret ipſorum licentia, & pro lubitu uxores dimitterent ac reciperent, ne quis eam quam repudiavit, reducere poſsit & reaſſumere in uxorem; ſiquidem alii jam nupſiſſet, aut fidem conjugii dediſſet.

Non malè itaque Chriſtus Matth. 19. Phariſæo quærenti; *Cur ergo Moſes* mandavit *dare libellum diſceſſionis, & eam dimittere?* reſpondit; *Moſes pro duritia cordis veſtri* permiſit (non præcepit) *vobis, dimittere uxores veſtras*, h. e. *Vos ita ſivit facere, ſivit vos ita veſtris ipſorum viis incedere, connivit ad hoc veſtrum factum.* Et Marci 10. verſ. 5. *Moſes pro duritia cordis veſtri* ſcripſit *mandatum iſtud*, h. e. *ita ſcripſit, ut cordis veſtræ duritiei & contumaciæ veſtræ potiùs id attemperarit, quàm ut ſtrictè explicarit, quid ſit primæ conjugii in-*

2011 Ministerio de Cultura

gii institutioni, & voluntati Dei conforme, quò aliquid vestro ingenio, vestræq; obstinationi indulgéret.

Objici potest hîc; *quòd Christus ipse Matthæi cap.5. v.31.* præceptivè *verba ista Mosaica proponit*; Ἐρρέθη δὲ ὅτι ὅς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον *Dictum est autem, Quisquis dimiserit uxorem suam, det ei libellum discessionis.*

R. Christus hæc ita proponit non ex sua mente, sed ex mente & interpretatione Pharisæorum, qui hæc ita explicabant, & verba ista inter 613. præcepta Mosaica referebant. Patet hoc inde, quia hæc verba neque ex textu Mosis Hebraico (uti vidimus) neque etiam ex interpretatione septuaginta Græcorum (uti aliâs) adduxit. Hi enim ita exposuerunt: ἐὰν δέ τις λάβῃ γυναῖκα, καὶ συνοικήσῃ αὐτῇ καὶ ἔσται ἐὰν μὴ εὕρῃ χάριν ἐναντίον αὐτοῦ ὅτι εὗρεν ἐν αὐτῇ ἄσχημον πρᾶγμα, καὶ γράψει αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου, καὶ δώσει εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς, καὶ ἐξαποστελεῖ αὐτὴν ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, &c. Quod si hîc præceptum extaret, Christus sibi aliquo modo contrariaretur, vel saltem hac allegatione responsum suum subverteret. Ita ut vel hinc liqueat, Christum in hoc & cæteris hujus capitis similibus sententiis, non in Mose seu corrigendo, seu planè refellendo & rejiciendo occupari, sed glossis atque παφερμηνείαις Pharisaicorum Doctorum.

Instantia; *Imò Christus disertè vocat* Mandatum, *Marci cap.* 10. *v.*3. Quid, *inquit*, vobis *mandavit* Moses? *Et cùm Pharisæus hæsitabundè & timidè responderet, nec, conscientiâ proculdubio convictus, mandatum vocare auderet*; Moses permisit libellum discessionis scribere, & dimittere uxorem; *Christus regessit*; Pro duritia cordis vestri scripsit vobis *mandatum istud.*

R. Cùm Christus vidisset, hanc quæstionem sibi insidiosè, & tentandi causâ, propositam fuisse; *An liceat viro uxorem dimittere, sc. quamvis etiam leviculam ob causam?* ita respondit, ut vicissim quæstione oppositâ ipsos tentaret, dicendo; *Quid vobis mandavit Moses?* q.d. *Quid me tentatis hac quæstione? Adite, consulite Mosen Doctorem vestrum. Num in ipso invenitis, quòd aliquid hac de re vobis mandârit? Ego nolo me Mosi opponere, uti de me suspicamini; Si Moses aliquid hac de re vobis mandavit, proferte illud; si non, quid quæritis, quid dubitatis?* Neque fine suo frustratus fuit Christus. Pharisæi enim quæstionis hujus aculeum sentientes, & in Mose nihil tale disertè inve-

2011 Ministerio de Cultura

invenientes, responderunt; *Moses permisit libellum discessionis scribere, ac dimittere eam*, quo responso dupliciter compunctionem & hæsitationem suam prodiderunt, 1. dum non ausi fuerunt dicere, *Moses mandavit aliquid hac de re*; quod tamen aliâs docebant & profitebantur, sed ajunt, *Moses permisit, &c.* q. d. *Verum equidem est, Mosen expressum ac disertum hac de re mandatum non dedisse; permisit id tamen, & concessit, quod nobis satis est, ut res sit licita:* 2. quæstio erat; An licéret dimittere uxorem quamvis ob causam? igitur directè respondere debebant; Moses præcepit, vel saltem permissionem nobis dedit dimittendi uxorem: sed cùm id non invenirent in Mose, præmittunt id quod clariùs putabant extare; *Moses permisit nobis dare libellum repudii, & dimittere uxorem.* quod tamen ipsum quoque non præceptivè in Mose invenitur. Ita ut ex his satis hæsitatio ipsorum appareat. Quod jam Christus ad hæc iterùm dicit; *Pro duritia cordis vestri scripsit vobis mandatum istud*; dicit id ex sensu & mente ipsorum, q. d. *Egregium hoc est mandatum, quod vos hîc jactatis, quod nullum est, aut si mandatum vel permissionem vocare lubet, vestræ usurpatæ licentiæ, & duritiei cordis vestri est testimonium, non ordinationis, vel voluntatis Divinæ præscriptum. Juxta hujus enim rigorem si Moses loqui vel debuisset, vel voluisset, longè aliter loquutus fuisset.* Itaque Mandatum hîc vocat Christus ex Pharisæorum mente, non ex suo sensu, & quidem pungendi eos causâ, quòd hoc inter Præcepta referrent, & tamen non profiteri coram ipso auderent. Ex quibus omnibus apparet, nullam hactenus esse contrarietatem inter Mosen & Christum: sed inter Christum, & glossas Pharisæorum; Christum autem rectissimè verba Mosis interpretatum esse.

4.

Hic verò ulteriùs jam quæritur; *Si Divortia non sint ex mandato aliquo Mosis, sed duntaxat ex Permissione, juxta expositionem Christi, qualis ergo sit hæc Permissio?*

R. Permissio est duplex: 1. Cùm de re aliqua, quæ vel prohibita fuit, vel dubia & incerta, definitivâ sententiâ vel lege promulgatur, quòd libera sit, &, vel ad usum vel ad actum, concessa, citra culpæ vel pœnæ imputationem. Talem permissionem exprimunt Hebræi verbo הִתִּיר *Solvere, Liberum facere, Concedere*, cujus oppositum est אָסַר *Ligare, Prohibere.* Hinc אָסוּר וְהֶיתֵּר

2011 Ministerio de Cultura

Vetitum & Licitum, frequens de rebus, Lege divinâ permissis, vel vetitis. Chaldaizantes pro hoc utuntur aliquando verbo שְׁרִי, quod significatione idem.

Sic utiq; non fuit permissum Divortium; de quo quæstio erat inter Christum & Pharisæos; quia, uti vidimus, nihil de eo pronuntiavit Moses, hypotheticè tantùm de eo loquens, quo nihil ponitur in esse. Et quis credat rei tam gravis judicium ac decisionem, vinculi tam sancti dissolutionem, cuivis privato, pro suo arbitrio, datam & concessam fuisse? Monstrent Judæi locum aliquem in Lege Mosis, in quo absolutè & categoricè hac de re pronuntiatum sit, sive Dimissionem ipsam spectes, sive Modum, h.e. Libellum divortij.

2. Cùm de re vel actione aliqua, quam homines sibi ipsis permittunt, & propriâ authoritate usurpant, vel ad quam suis concupiscentiis & cupiditatibus inclinant, nihil directè vel in unam, vel in alteram partem, pronuntiatur, sed connivendo ipsorum arbitrio relinquitur, & sinuntur suis ipsorum viis incedere, citra pœnæ alicujus specialis nominationem & irrogationem בעית דין in foro politico vel humano. Hæc potiùs *Indulgentia*, aut *Conniventia* vel *Tolerantia* est, quàm Permissio; potiùs, *Non impedire*, quàm, *Concedere*. Unde ex ea non potest simpliciter Approbatio concludi, vel Immunitas à culpa. Non quicquid indulgetur, vel permittitur connivendo politicè, id statim bonum est ethicè. Inprimis autem in eâ diligenter attendendum ad causam, propter quam talis sive permissio, sive conniventia fiat, quæ utplurimùm mala esse deprehendetur. Hac proinde cognitâ & perspectâ, postmodum de rei illius qualitate veriùs & rectiùs judicare poterimus. Hebræi rem sic permissam vocant דְּבַר רְשׁוּת. Talis permissio videtur fuisse, quando Deus Israëlitis *Regem petere* permisit, atq; etiam eum indulsit, Deuter. 17. v. 14. 1. Samuel. 8. v. 5. Hinc scribit Abarbenel; Non fuisse hoc חֵטְא מְפוּרָסֵם *peccatum manifestum*, Lege diserte prohibitum, sed דְּבַר הָרְשׁוּת *Rem liberam, arbitrariam*; אֵינָהּ מִצְוָה וְאֵינָהּ גַּם כֵּן עֲבֵירָה נֶאֱסֶרֶת בְּתוֹרָה *non præceptum esse, neq; etiam transgressionem Lege prohibitam*. Talem dicit esse Legem illam de *Muliere formosa in bello captâ*, Deuter. 21. v. 10. 11. & seqq. Ibi enim Deum neque præcepisse, ut Israelita Victor eam ducat: neque etiam prohibuisse, ne hoc faceret. Quare? Notatu digna est

2011 Ministerio de Cultura

est causſa, quam hîc reddit Abarbenel; De Petitione Regis dicit; לְפִי שֶׁדִּבְּרָה הַתּוֹרָה בָּזֶה כְּנֶגֶד הַיֵּצֶר הָרָע *quòd Lex ita de hac re loquuta sit, respectu concupiscentiæ malæ* (Judæorum), h. e. quòd, hoc permittendo arbitrio Judæorum, consulere & aliquid indulgere voluerit ipsorum indoli, & pravæ cupiditati. Sic de Permissione mulieris formosę in bello captę inquit, חָשְׁשָׁה הַתּוֹרָה לְיֵצֶר הָרָע *Rationem habuit Lex concupiscentiæ malæ* (Judæorum). Non malè, meo judicio, sed optimè. Permisit hæc Lex, non quòd per se bona essent, sed quòd aliquid permittere & indulgere voluerit pravitati Judæorum. Eandem ergo & nos quoq; dicimus esse rationem ejus formulæ, quâ Moses usus in Divortio permittendo, illud neque præcipiens, neque prohibens, aut pœnam aliquam ei irrogans, sed in medio & impune relinquens. Eadem ratione de hoc loquitur, quâ de illis: non magna proinde in reipsa quoque erit differentia, vel in causa assignanda; ac proinde non multum refert, sive dicamus, Mosen sic permisisse divortia, לְפִי שֶׁחָשַׁשׁ לְיֵצֶר הָרָע *quòd rationem habuerit concupiscentiæ malæ Judæorum*, לְתוֹקֶף יֵצֶר לֵב הָאָדָם רָע propter duritiem concupiscentiæ malæ cordis humani, uti scribitur in ספר החנוך folio 202. col. 1. aut διὰ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν *propter duritiem cordis ipsorum.* Videatur Abarbenel ad Deut. 17. v. 14. & R. Salomon Deuteron. 21. v. 10. Confer sup. Sect. 32. Simile huic est, quod ibidem sequitur; *Quùm fuerint viro duæ uxores, una dilecta, & altera exosa.*

Hoc fundamentum, quod non facilè subvertent Adversarii, si teneatur, facilè nodos, quos hîc nectunt, dissolvere poterimus, ut in seqq. visuri sumus. Hæc itaque sufficiant de prima quæstione.

§.

Secundò quæritur; *An contrarietas sit inter Mosen & Christum, circa Caussam Divortiorum assignandam?*

R. Quemadmodum in prima quæstione Christus non contra Mosen, sed contra Pharisæos, perversos Mosis glossatores, egit: sic etiam circa Caussam Divortiorum, non contra illum, sed contra hos disputat. Nam sicuti Moses, Repudii, & Libelli repudii mentionem faciens, indicavit & expressit, non quid Juris, sed

2011 Ministerio de Cultura

quid Facti, h. e. non quid de Jure fieri æquum esset, sed quid à Judæis factum & usurpatum fuerit, id supponendo, non ponendo aut præcipiendo : ita omnino quoque accipiendum, quod de Causis Divortiorum scripsit, illas videlicet non tales esse, ob quas Divortium legitimè fieri posse ac debere censuerit, sed quæ tum temporis pro causis usurpatæ & arreptæ fuerint, sicuti ex genuina loci Mosaici interpretatione, de qua suprà, apparet.

Pharisæi autem, & Judæorum Legis interpretes ac Doctores, causas istas à Mose memoratas, veluti; *Si aliqua non invenerit gratiam in oculis mariti: Si in ea invenerit fœditatem vel turpitudinem aliquam: Si eam* (sc. quamcunque demùm ob causam) *odio habuerit*; ad id quod est Juris, traxerunt; quasi videlicet in his casibus Moses Divortium non tantùm permiserit, sed & præceperit, ut ex superioribus liquet; ac propterea, vi Legis Mosis & præceptorum ejus, non solùm permissum, sed & mandatum sit, Uxorem displicentem & exosam, Libello repudii dato dimittere.

Dum itaque Christus, de Causis justis Divortii à Pharisæis rogatus, respondet; suum sermonem opponit non Mosi, qui de his nihil diserè & directè præcepit, sed Pharisæis ipsis, qui verba Mosis huc detorserunt, & eas, quæ nullæ erant, pro veris causis, ex illis elicere & extundere sategerunt. Pharisæi rogant; *Licetne homini dimittere uxorem κατὰ πᾶσαν αἰτίαν*, לְכָל הַסִּבָּה *propter omnem seu quamvis causam, etiã levissimam?* Vide sup. sect. 90. Christus respondet prudenter ita, ut videatur indicare velle, Vinculum conjugii semel contractum & copulatum, ita firmum esse, ut nullo planè in casu rescindi & dissolvi queat, ac propterea frustrà quæri de causa ejus faciendi, quod fieri nullâ ratione debeat, dum ait; *Nónne legistis, opificem ab initio fecisse masculum & fœminam, & dixisse, Propterea derelinquet homo patrem & matrem, & agglutinabitur uxori suæ, & qui duo fuerant, erunt una caro. Itaque non amplius sunt duo, sed una caro: quod ergo Deus conjunxit, homo ne separet.* Hinc Pharisæi, existimantes, se pulchram admodum & justam satis causam reperisse, Christum capiendi & confundendi, præcipuam quæstionem, quæ τὸ διότι erat, deserunt, & ad τὸ ὅτι tantùm, quod inter ipsos extra controversiam erat, excipiunt, dicentes; *Cur ergo Moses mandavit dare libellum discessionis, & dimittere Uxorem? si* videlicet, *uti innuis*, (volunt dicere) *& ex dictis tuis sequitur,*

2011 Ministerio de Cultura

quitur, planè non licitum est uxorem semel ductam repudiare? Causæ nullam ampliùs mentionem faciunt, utpote quam disputabilem esse probè sciverunt. Id verò apprehendunt; & illic Christum stricturos se existimant, unde, suo quidem judicio, nulla ipsi elabendi foret rima. Christus verò respondet & ad τὸ ὅτι, & ad τὸ διότι. Ad τὸ ὅτι; *Moses pro duritia cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: cæterùm à principio non fuit ita*, quorum verborum sensus suprà jam explicatus. Ad τὸ διότι; *Dico autem vobis, quòd quicunque dimiserit uxorem suam, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ nisi ob scortationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur*: vel ut est Matth. cap. 5. v. 32. *Quisquis dimiserit uxorem παρεκτὸς λόγου πορνείας extra rationem scortationis, facit ut ea mœchetur, & qui dimissam duxerit, mœchatur*: Marci 10. v. 11. *Quicunq; dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur adversus eam: &, si mulier dimiserit virum suum, & nupserit alteri, mœchatur.*

Hoc ergo in investiganda & assequenda Christi mente diligenter est attendendum, & ob oculos ponendum; Cùm Christus ad hanc quæstionem & controversiam provocatus fuerit à Pharisæis, qui tenacissimi & superstitiosissimi erant Traditionum & Expositionum suorum Majorum, & quidem tentandi eum causâ; Illum sua responsa quoque illis duntaxat opposita voluisse, quibus cum ipsi res erat; ac proinde ex illorum mente, Christi quoque mentem esse metiendam & dijudicandam, neque eam vel latiùs extendi, vel arctiùs adstringi debere. prout hoc semper & ubique in Controversis materiis est observandum, Quâ occasione, & contra quos, quis aliquid asseveret vel neget. Inde enim omnium optimè in intimam ejus animi sententiam penetrare poterimus. Istud si observaverimus hîc quoque, neque tam difficilis, neque tam intricatus hic locus nobis erit, ut non facilè nos inde extricare queamus. Videamus ergò ab ovo istud Phariseorum & Christi colloquium.

Pharisæi adeunt Christum, πειράζοντες αὐτὸν, tentantes eum; quæstione sc. tali propositâ, quæ, uti suprà ex Talmudicis vidimus, inter Judæorum tum temporis summos doctores, Hillelem, Schammai & R. Akivam, erat controversa, atque ita ad definiendum anceps: existimantes, Christum peculiarem ac novam aliquam sententiam de ea propositurum, vel saltem à com-

2011 Ministerio de Cultura

muni & recepta inter eos Hillelis sententiâ recessurum, ut sic occasionem contra ipsum haberent, quasi vel Mosi ipsi, vel saltem Statutis & Traditionibus majorum se opponeret.

Quærunt ex eo; Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολύσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν *Licet'ne Homini dimittere Uxorem suam quavis ex causâ?* Per τὸ *Licere* intelligunt Licentiam ex præcepto Mosis, quia eò referebant; vel saltem מפי סופרים *ex ore seu statuto Scribarum.* Per *Hominem* intelligunt *Virum, Maritum*, sc. quemvis, vel etiam, ut sup. visum, Desponsatum duntaxat: Sic Moses; *Cùm acceperit* אדם Homo *uxorem*, i. e. Vir; Similiter per γυναῖκα *Mulierem*, intelligunt Uxorem, tùm per Nuptias ductam, tùm Desponsatam duntaxat: Per *Dimittere* intelligunt *Dimissionem* seu *Repudiationem* arbitrariam & in arbitrio privato *hominis*, id est, *mariti* positam totalem, cum traditione tamen libelli repudii, quæ fiebat citra causæ cognitionem vel decisionem judiciariam, qualis sc. tum temporis inter Judæos usitata erat. Per πᾶσαν αἰτίαν *Quamlibet causam*; quæ videlicet Viro adlubescit, etiam levissimam, & nullius planè momenti; quinimò etiam fictam & excogitatam, aut nullam; quia ad eam aperiendam nullus invitus cogebatur. Ex quibus facilè patet, quis fuerit jam quæstionis totius sensus, quæq; Pharisæorum mens & sententia.

Christus respondens dixit eis; *Non legistis, opificem ab initio fecisse masculum & fœminam? Et dixisse, Propterea derelinquet homo patrem & matrem, & agglutinabitur Uxori suæ, & qui duo fuerant, erunt una caro. Itaque non amplius sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo ne separet.* Quibus verbis eos revocat ad Primam conjugii Institutionem à *Deo, qui* 1. *ab initio masculum fecit unum, & fœminam unam tantùm*; non masculum & fœminas duas vel plures, ut mas unus plures habere posset, seu simul seu successive, uxores: 2. *injunxit, & ordinavit eis*, ut homo derelinquat Parentes, & *agglutinetur uxori suæ*, uni scil. ut *duo*, non plures, sint *una caro.* Hinc concludit, *Quod Deus ergo conjunxit*, sc. *tum* in Creatione prima ipsa, tùm in subjuncta ordinatione, *Homo*, id est Vir, Maritus, privatim *ne separet.* Sic intelligo hæc verba, ut quæstioni propositæ respondeant, non generaliter. Itaque non voluit Christus licentiam & facultatem Divortiorum omnem tollere, sed duntaxat arbitrariam ac privatam illam Judæorum repudiandi & dimittendi

2011 Ministerio de Cultura

dimittendi Uxores licentiam & consuetudinem, de qua Pharisæi quæsiverunt, ostendens illam primæ Conjugii institutioni, & additæ sanctioni atque ordinationi, nequaquam esse conformem. Deus enim est author conjugii, & Is conjugium primò *instituens*, unam tantùm uni viro uxorem, non plures creavit: in *ordinatione* ejusdem præscripsit, ut hi duo arctissimo & firmissimo vinculo conjuncti sint, ut vir adhæreat & *agglutinetur* uxori suæ fiantque *caro una*. Itaque non decet, ut illi, qui Divinâ & publicâ authoritate conjuncti hac ratione fuerint, privatim ac temerariè quamvis ob causam vinculum hoc possint solvere, atque se ab invicem separare.

Qui ergo Verbum hoc Christi; *Quod Deus conjunxit, homo non separet*, absolutè sumunt, & Vinculum matrimonii, vivente utraque parte, totaliter & planè indissolubile esse volunt; ut tamen infelicibus & inauspicatis ejusmodi conjugiis mederentur, separationem thori & mensę introduxerunt; illi errant, neque ullum hîc reperiunt præsidium. Ut enim Christus non absolutè fuit rogatus, sic nec absolutè respondit; neque etiam his verbis suum responsum planè absolvit. Et de repudio seu separatione partiali respectu thori & mensæ, ut utraque pars innupta maneat, Judæi nihil unquam sciverunt, nec sciunt: unde & illud hîc non est fundatum. De tali Divortio neque Judæi interrogarunt, neq; Christus respondit.

Ad hanc Christi responsionem regerunt Pharisæi; *Cur ergo Moses mandavit dare libellum discessionis, & eam dimittere?* Opponunt authoritatem Mosis, secundum cujus legem vivebant, q. d. *Si illicitum esset, Moses non mandasset nobis libellum repudii uxoribus dare & eas dimittere. Atqui mandavit hoc.* Nota, apud Marcum præcedens Christi argumentum non legi, sed dici, Christum respondisse; *Quid vobis mandavit Moses?* & ad hanc quæstionem Pharisæos respondisse; *Moses permisit libellum discessionis scribere & dimittere eam.* Hoc ita potest conciliari, ut dicatur, Christum utrumque responsum conjunxisse, & proposito argumento à prima institutione conjugii, subjecisse, *Quid vobis mandavit Moses? An ille vobis aliquod mandatum dedit?*

Christus ad hanc quæstionem iterum *duplex* apud Matthæum dat responsum, quorum *primo* explicat, quale sit illud præceptum Mosai-

2011 Ministerio de Cultura

Mosaicum; *altero* respondet ad quæstionem principalem ipsam, quæ de Causa divortii erat.

Primò ergo dicit Christus; *Moses*, quem allegatis, *pro duritia cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: cæterùm à principio non fuit ita.* Vult dicere: *Nullum scio in Lege Mosis mandatum, quo vobis præceperit, pro cujusq; lubitu, quamvis ob causam, Libello repudii vestras uxores dimittere: Sivit utique vos ita facere, neque vestram hanc licentiam lege aliquâ coercuit vel impedivit, sed eam toleravit, non quòd vel à principio à Deo institutum ita esset, (nam à principio, uti jam vobis ostendi, non fuit ita) vel quòd ipse Moses eam approbaret; sed propter vestram σκληροκαρδίαν obstinationem, quâ perpetuò in vetitum nitimini, præsertim in rebus quibus jam semel assueti estis, quasi connivit; adeoq; Legem hanc scripsit, non tanquam populo optimo, sed tanquam populo refractario & intractabili.* Σκληροκαρδία sic retulerim non tam ad duritiem, inclementiam, & tyrannidem erga uxores displicentes & exosas, quàm ad Pertinacem contumaciam, obstinationem, & inflexibilem Judæorum duritiem, ad suos mores deferendos, & Legibus Divinis se subjiciendum. Hoc sensu vocantur sæpè קשׁי ערף *Populus duræ cervicis*, Exod. 32. 9. & 33. v. 3. & 5. & 34. v. 9. Deuter. 9. 6. 13. Jesa. 48. 4. קשׁי לב Ezech. 3. 7. & חזק לב *Duri corde*, Ezech. 2. 4. &c. Sic conjunguntur Deut. 9. 27. σκληρότης *durities, impietas & peccatum populi illius.* Sic ergo ostendere vult Christus Pharisæis, Mosen ipsis non favere, imò tantum abesse, ut de Mosis authoritate hîc glorientur, ut Moses potiùs ipsis sit contrarius, & verba illa, de quibus gloriantur, magis ipsorum confusioni & ignominiæ, quàm glorię & privilegio, inserviant.

Secundò dicit Christus; *Dico autem vobis, Quicunque dimiserit uxorem suam,* εἰ μὴ ὅτι πορνείᾳ, *nisi ob scortationem,* (vel ut est Matthæi 5. 32. παρεκτὸς λόγου πορνείας *extra rationem scortationis*) *& aliam duxerit, mœchatur:* (Matth. 5. v. 32. *facit eam mœchari*) *& qui dimissam duxerit, mœchatur.* In his verbis continetur responsio ad quæstionem principalem, quæ inter Pharisæos & Christum agitabatur, *An quavis de causa liceat dimittere uxorem?* Christus ad eam ita respondet, ut mediam viam teneat, videlicet, *neque* planè esse illicitum ullam ob causam uxorem dimittere, *neque* etiam licitum esse κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, quamvis ob causam; docendo, *Licitum*

2011 Ministerio de Cultura

citum esse, *sed nonnisi in Causa Scortationis vel Adulterii*, ubi iterum, quod antea jam quoque monuimus, illis duntaxat responsum voluit, qui ipsum interrogârant, & quidem veteratoriè. Dicam quid mihi videatur, salvo meliore judicio. Pharisæi, Hillelis & R. Akivæ discipuli, statuebant, non solùm ob Scortationem, & pudicitiam læsam, sed לכל הסבר i.e. κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ob quamlibet causam vel rem, ex qua vel tædium, vel odium uxoris marito posset oboriri, pro lubitu & arbitrio ipsius, permissum ei fuisse, libello dato uxorem dimittere; quinimò vel ideò, si alia, quâ potiri posset, melius ipsi adlubesceret. Sententiam hanc suam fundabant, cum Hillele suo Præceptore, in verbis Mosis, & quidem istis præcipuè, כִּי מָצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר, ubi duo ista verba עֶרְוַת דָּבָר quæ inter se sunt constructa, discerpunt, & duas inde causas extundunt; Impudicitiam, & Rem aliam quamcunque fœdam & turpem in oculis mariti; extendentes ista, ut suprà vidimus, sect. 90. tùm ad Pudicitiæ violationem, tùm ad Corporis nęvos & defectus, tùm ad Mores, tùm ad Actiones quasvis levissimas, tùm deniq; ad incertam, & prætensam solùm mariti displicentiam, quò aliâ potiretur. Hinc adsciscebant & ista verba, *Si non invenerit gratiam in oculis ejus.* Hæ ipsorum expositiones, hæ sententiæ, minimè erant Christo ignotæ. Quid itaque vult dicere? *Longè, longè erratis, dum verba illa Mosaica non solùm pro legitima & sufficiente Divortiorum vestrorum causa allegatis, sed tàm latè extrahitis & extenditis, ut licentiam inde sumpseritis, quamvis ob rem dimittendi uxores vestras: Si rectè inspiceretis verba Mosis, inveniretis illum hæc non categoricè & assertivè ex sua sententia proposuisse, sed hypotheticè ex vestra levitate & consuetudine, cui certis de causis aliquid dare & indulgere voluit: Quod si autem veram & propriam Divortii faciendi causam scire vultis, & ex illis verbis educere, non abnuo quin ex verbis illis, sed sano & stricto sensu sumtis eam elicere possitis, videlicet* ערות דבר, *sive* דבר ערות *quatenus ea* λόγῳ πορνείας, *non quamvis Rem turpem & marito ingratam, denotant & significant: Hæc unica est vera, justa, & sufficiens causa propter quam citra culpam divortia fieri possunt, adeò ut si quis extra hanc causam uxorem dimittat, atq; ad alias nuptias convolet, non solùm ipse mœchus & adulter fiat, sed & talem efficiat uxorem, &c.* Sic ego capienda puto verba Christi: quia Phrasis illa παρεκτὸς λόγου πορνείας, quâ utitur Matth. 5. omninò vi-

2011 Ministerio de Cultura

detur esse Hebraica, & eâ, mihi quidem, manifestè videtur respicere ad verba illa Mosis, eaq; in mente habuisse, utpote quæ præcipuam apud Judæos controvertendi causam præbuerunt: non enim dubitandum, quin in illis sit hypallage, & ערות דבר *Nuditas rei* sumatur pro דבר ערות *Res nuditatis*: nescio etiam quomodo brevius, elegantius, & efficaciùs vis illorum Græcè posset exprimi, quàm per λόγον πορνείας: Nam ערות עריות *Nuditatem*, sumi apud Hebræos frequenter pro Impudicitia, Libidine, Scortatione, Adulterio, tritum est: Hinc *Res nuditatis*, est tum Actus impudicitiæ ipse, tum Actiones, mores vel gestus tales, ex quibus justæ & sufficientes pudicitiæ mulieris prostitutę & violatę, suspiciones & præsumptiones peti & desumi possunt.

Quòd verò Christus dicit: *Quisquis dimiserit uxorem suam (nisi ob Scortationem) mœchatur adversus eam, vel, facit eam mœchari: & quisquis dimissam duxerit, mœchatur*; hoc iterùm Judæis seu Phariseis opponit, qui docebant, Si vir, quacunque de causa, dato Uxori legitimæ Libello repudii, eam dimisisset, tum habere & Virum, citra cujusquam inhibitionem, aliam Uxorem ducendi licentiam; & Uxorem quoq; alii, cui voluerit, Viro posse nubere: hæc enim facultas in libello conceptis verbis uxoribus repudiatis dabatur. Christus verò docet neutrum esse rectum. Nam si & levis ac temeraria, & privata atque arbitraria ista repudiandi licentia, non est justa ac legitima, neque Verbo Dei suffulta, sequitur, vinculum matrimonii adhuc manere; & per consequens, is qui sic dimisit uxorem, & aliam ducit, mœchatur adversus eam: dum facultatem concedit alii nubendi, & eam hac ratione cuivis alii q. prostituit: facit eam mœchari, dum facit ut ea matrimonium novum quærat & accepter, non legitimè soluto priore: ex quo porrò & hoc sequitur, quòd quisquis *sic* dimissam duxerit, etiam mœchetur; quia revera adhuc priori marito est alligata. Opponit hoc itaque præcipuè Libello repudii, in quo ita liberè, pro suo placito & arbitrio, de Conjugio dispensabant, quasi tota res in privato cujusque posita esset arbitrio; cùm nihil tale, imò contrarium in verbo Dei exter, qui jussit, ut Vir uxori suæ adhæreat, ut duo illi sint caro una. Quomodo potest fœdus tam sanctum, tam arctum, gravissimis de causis, Dei auspiciis, Dei mandato & ordinatione initum, publicè etiam coram Ecclesia & facie

Dei

2011 Ministerio de Cultura

Dei consecratum & confirmatum, levissimis postmodùm de causis, atque ideò etiam privatim, iterum rumpi & rescindi? Quod à Deo, à Magistratu ligatum est, ab iis quoque æquum est ut solvatur.

Pro his ultimis verbis; *Et quisquis dimissam duxerit, mœchatur*; legitur apud Marcum; *Et si mulier dimiserit virum suum, mœchatur*; unde videri possit, Mulieres quoq; potuisse viris libellum repudii dare, & illos dimittere. Sed de hoc nihil legimus apud Hebræos.

Quomodo itaq; hoc intelligi & explicari potest? Suprà vidimus ex Hebræis, licet Mulieres viris libellum repudii mittere non potuerint, potuisse tamen in certis casibus Libellum repudii petere, imò etiam coram Judice maritum adigere, ut eas dimittat, & Libellum repudii tradat, veluti in casu sterilitatis, culpâ in maritum, ob impotentiam, frigiditatem, &c. conjectâ, & quibusdam aliis. Sic reperiebantur, quæ maritos fastidientes & exosæ, eos deserebant, & clàm aliis nubebant; non deerant etiam salaces, procaces, & adeò prostitutæ frontis, quæ non verebantur, vel in præsentia maritorum, vel clàm illis, aliis desponsari, & arrhas accipere. Hinc ista Lex nata: אֵשֶׁת אִישׁ שֶׁפָּשְׁטָה יָדָהּ וְקִבְּלָה קִדּוּשִׁין מֵאַחֵר בְּפְנֵי בַּעֲלָהּ הֲרֵי זוֹ מְקוּדֶּשֶׁת לִשְׁנֵי שֶׁהָאִשָּׁה שֶׁאָמְרָה לְבַעֲלָהּ בְּפָנָיו גֵּרַשְׁתַּנִי נֶאֱמֶנֶת חֻזְקָה אֵין אִשָּׁה מֵעִיזָּה פָּנֶיהָ בְּפְנֵי בַּעֲלָהּ אֲבָל אִם קִדְּשָׁהּ אַחֵר שֶׁלֹּא בְּפְנֵי בַּעֲלָהּ אֵין קִדּוּשִׁין תּוֹפְסִין בָּהּ עַד שֶׁתָּבִיא רְאָיָה שֶׁנִּתְגָּרְשָׁה קוֹדֶם שֶׁתְּקַבֵּל הַקִּדּוּשִׁין כָּל שֶׁלֹּא בְּפָנָיו מֵעִיזָּה: *Uxor viri, quæ extendit manum suam, & accipit arrham desponsationis ab alio, in præsentia mariti sui, desponsata est secundo: quia creditur mulieri, quæ viro coràm in faciem dicit, Dimisisti me; cùm præsumptio sit, mulierem non ita impudenter agere in præsentia mariti sui: sed mulier, quæ ab alio desponsatur, non in præsentia viri sui, ejus desponsatio non est firma, donec probaverit, quòd dimissa sit priùs quàm acceperit sponsalia, &c.* Et sic quoq; est Colloquium Christi cum Pharisæis.

6.

Antequam ulteriùs pergamus, breviter una & altera quæstio enodanda, quæ ex hactenus dictis exsurgunt.

Primò quæri potest; *Quare vel quomodo permittat Christus Marito, Dimittere Uxorem in Casu fornicationis seu adulterii; cùm hujusmodi mulier, ex Lege, mortis rea fuerit?*

2011 Ministerio de Cultura

℟. Christus neque veterem Legem abrogavit, neque Legem novam Politicam condidit. Itaq; hîc iterum repetendum, quod suprà dictum fuit, Dicta hæc & responsa Christi non esse absolutè & simpliciter accipienda, sed eatenus, quatenus ea Pharisæis, & horum, de Divortiis ex quavis causa, licentiosę nimis sententiæ opposuit, atque voluisse indicare, ex omnibus illis causis, quas Pharisæi proferebant, & ex Mosis verbis extundebant, nullam esse sufficientem, nisi πορνείαν, vel λόγον πορνείας: cæteras esse futiles & inanes, imò nullas planè, adeò ut de adulterio teneatur tum is, qui propter eas dimittit uxorem, & aliam ducit, tùm dimissa ipsa, si alteri nupserit, & ille ipse qui eam ducit. Respondet Christus ex hypothesi Pharisæorum, quasi Divortia Lege & Præcepto Mosaico essent præcepta, ex praxi item illa, quâ nullâ speciali lege impedita, sub nulla item pœnâ prohibita, sed tolerata fuerunt sub Lege inter Judæos, quomodo videlicet illi receptâ hac consuetudine uti possint.

7.

Sed quomodo, inquias, *salvâ Lege de morte afficienda adultera, potuit justè Maritus Uxorem libello repudii dimittere?*

℟. Legum Politicarum custodia & exequutio tradita est Judicibus & Magistratibus. Itaque quando scelera hominum ad ipsorum notitiam & tribunal veniunt, ipsorum est officii secundum Legem judicare, & sententiam ferre. Quòd verò privatus aliquis obstrictus fuerit scelera occulta, sibi fortè soli cognita, revelare, & delinquentes ad Magistratum deferre, de eo nescio num Lex aliqua extet. Quin potius contrà Charitas regit multitudinem peccatorum, ex cujus Lege sæpè nobis est agendum, quando res nobis est cum fratre vel proximo. Accedit quòd ea plerunq; in occulto solent committi, ubi testes non sufficientes adsunt, ut eos legitimè posset convincere: unde gravis actio exurgeret, donec convinceretur, vel ad confessionem adigeretur mulier. Quando itaque sic Uxori parcere voluit maritus, potuit eâ licentiâ, quam sibi sumserunt Judæi, quamque in illis toleravit Deus ob σκληροκαρδίαν ipsorum, Libellum repudii uxori dare, & eam dimittere. Et sic sæpè accidit inter Judæos. Hinc est, quod sæpiùs jam laudatus Abarbenel scribit: עַתָּה יִפָּרֵשׁ כִּי כַּאֲשֶׁר יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבָעָלָהּ וְיִקְרֶה עִם זֶה שֶׁלֹּא מְצָאָה חֵן בְּעֵינָיו לִהְיוֹתָהּ הֻפַּךְ תּוֹלַדְתּוֹ

2011 Ministerio de Cultura

תּוֹלַדְתּוֹ כְּמָאן שֶׁכָּתַב רֹ"א אוֹ לְפִי שֶׁמָּצָא בָהּ עֶרְוַת דָּבָר וְלֹא יִרְצֶה לְגַלּוֹתוֹ כִּי אֵין לוֹ עָלֶיהָ עֵדִים אוֹ מִפְּנֵי כְּבוֹדוֹ, וּבַשָּׁנוּי זֶה יִכְתּוֹב לָהּ סֵפֶר כְּרִיתוּת וְכוּ׳ *Nunc explicat Moſes*, (Deut.24.v.1.) *quòd ſi Vir aliquis ducat Uxorem, & rem habeat cum ea, & cum hoc accidat, ut ea non inveniat gratiam in oculis ipſius, eò quòd ſit contraria naturæ ipſius, ſicut R. Alfes ſcripſit, aut quòd inveniat in ea Turpitudinem aliquam; & tamen eam non velit revelare (פלגדיגמליסו), ſeu quòd nullos ejus rei teſtes habeat, ſeu quòd ſuo proprio honori conſultum velit; atque hujus rei cauſâ ei ſcribat Libellum repudii, &c.*

Aut, ſi rem ad Magiſtratum deferat, juſtam habet cauſam petendi facultatem repudiandi uxorem; ſiquidem ille non volet criminaliter accuſare uxorem; Quod ſi Magiſtratus dein officium ſuum faciat, & adultera capite plectatur, liber eſt ab ea; ſi non, juſta tamen de cauſa facultas ipſi dabitur eam repudiandi.

8.

An ergo, dicat aliquis, *Chriſtus vel in hoc Adulterii caſu, Judæorum conſuetudinem, pro lubitu, & ſine judiciaria cognitione cauſæ, Uxores repudiandi, approbat?*

R. Chriſtus, ut jam aliquoties dictum, Phariſæis tantùm reſpondet, nullas novas Leges præſcribit: & de Cauſa Divortii rogatus, de Cauſa illis præcipuè reſpondet, ut temeritatem ipſorum notet & caſtiget, non de Modo. Neque officium ipſius fuit novas Leges forenſes condere aut dictare. Modum, per συγχώρησιν, in medio relinquit, talis qualis fuit, volens dicere; *Quamvis Moſes nullum de Divortiis vobis præceptum dederit; tamen ſi omninò iis indulgere, & ea permittere vobis velitis, ſcitote, nullam aliam ob cauſam id à vobis juſtè fieri poſſe, ac debere, quàm ob Adulterium, utpote quo is, qui id committit, reipſa vinculum conjugale jam ſolvit & rupit; non verò, uti quæſiviſtis, quamvis ob cauſam.* Adde quòd & judicialiter fieri poteſt, ut quis ob crimen Adulterii dimittat uxorem; magiſtratu ſc. de rigore legis remittente, & veniam perſonæ reæ dante. Id enim in arbitrio Judicis ponit Maritus, qui dimiſsionem quærit uxoris, non ejus ſupplicium. Et hodierna, ni fallor, Judæorum praxis quoque ita fert, ut nonniſi ſcitu, unius vel plurium Rabbinorum, vel etiam conſenſu aliquot Synagogarum, libellus repudii concedatur, quos ſuis ſumptibus convocare coguntur partes diſsidentes. Quamvis non legerim, quòd penes illos ſit

2011 Ministerio de Cultura

cauſam ponderare, an ea gravis & juſta ſatis ſit, & hac in parte id permittere, vel impedire: ſed duntaxat ea de cauſa id fit, ut conjugibus divortium molientibus, negotium reddatur moleſtum, laborioſum, ſumptuoſum; atq; hinc permoti vel ab eo abſtineant, vel ſi ceperint, conſilium mutent: Nam, עִיקַּר הַתַּקָּנָה לֹא נִתְקַנָּה בְּעִיקָּרָא רַק לְהַחֲמִיר עַל הַזּוֹג לְהַרְבּוֹת הוֹצָאָה אוּלַי יֵרַע בְּעֵינֵיהֶם לְהוֹצִיא וְיִבָּטֵל גֵּט *principalis hujus conſtitutionis cauſa alia non eſt, quàm ut difficilis reddatur res conjugibus talibus, per gravitatem ſumptuum & expenſarum faciendarum, ſi fortè interea ipſos pœniteat, & à divortio abſtineant*, ſcribitur in Maharil fol.83. col.1.

9.

Annon Chriſto contrarietur Paulus, 1.Cor.7. v.15. *Divortium permittens etiam ob Deſertionem partis infidelis, ſi nempe conjux infidelis fidelem ſponte deſerat?*

R. Nequaquam: Alia enim quæſtio fuit de qua agit Chriſtus; alia de qua Paulus. Chriſtus, uti vidimus, agit tantùm de Repudio voluntario, & tum uſitato inter Judæos, quamvis ex abuſu: Paulus agit non tantùm de hoc Repudio arbitrario & temerario; ſed & de Deſertione. De Priore agit v.10. & 11. & pulchrè cum Chriſto conſentit, dum negat, pro arbitrio, ob quamvis diſplicentiam & offenſam, conjugii vinculum dirimi poſſe: De Deſertione malitioſa & violenta agit v.15. De hac Chriſtus non agit, quia de ea non fuit rogatus: Si & hæc quæſtio fuiſſet ipſi propoſita, & ita reſpondiſſet, tum utiq; contrarius fuiſſet Paulo. Si pars infidelis primò malitiosè deſerat fidelem ſine ſpe reditus & reconciliationis, & pars fidelis legitimè quærat liberari vinculo illo, quo ſe publicè datâ fide ei junctum ſentit, tum non ἀπολύει dimittit, ſponte ſc. & voluntariè, ſed tanquam illegitimè deſerta, quærit à ſua parte ἀπόλυσιν, & vinculi, ab altera parte illegitimè rupti, diſſolutionem & ſeparationem legitimam. In hoc verò caſu pronuntiat Apoſtolus, Perſonam deſertam non debere eſſe *Servituti ſubjectam*; Οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις: Quamdiu matrimonium durat, tamdiu ſervituti mutuæ ſubjecti ſunt conjuges: *Uxor n. proprium corpus non habet in poteſtate, ſed Vir: ſimiliter & vir proprium corpus non habet in poteſtate, ſed uxor*, v.3. & ſic alterum alterius ſervituti eſt ſubjectum. Cùm ergo jam pronuntiet Apoſtolus, *deſertum fratrem aut ſororem non debere eſſe ſervituti*

2011 Ministerio de Cultura

vituti subjectos, vult indicare, *tales proprium corpus in potestate habere, & propterea à vinculo matrimonii esse liberatos.* Ideò autem videtur hoc etiam monere voluisse, quia sæpè accidit, ut in tali casu Deserens persona, desertæ repudium mittere, eamque liberam pronuntiare renuerit: quâ ratione deserta persona δεδούλωται *servituti subjecta* mansit, uti superiùs de Judæis vidimus, non licere inter ipsos fœminæ, à marito infideli & apostata desertæ, alii nubere, nisi accepto à marito solenni libello repudii. Docet ergò Apostolus, in hujusmodi casu talem personam non debere esse servituti subjectam. Observandum verò in hac Phrasi Apostolum, dum personam desertam à servitute conjugali eximit, & proprii corporis potestatem ei tradit, veram & totalem separationem indigitare, non partialem thori & mensæ. Sic n. servitus manet, neque libertas vel potestas illis est in corpus ipsorum. Et sic exponit Ambros. in hanc Epist. Theophyl. &c. An verbo δεδούλωται respexit ad Hebræum שִׁעְבֵּד, אִשְׁתַּעְבֵּד *Servituti subjici*; quo Hebræi in Contractibus, etiam hujusmodi matrimonialibus, utuntur, pro, *Obligare se, Obligatum esse*, illudq; in animo habuit? ut sensus sit, *Non obligatus est Frater, &c.* sed liber est à vinculo contractus illius matrimonialis, quo parti deserenti obstrictus erat. Exemplum hujus usus invenies in formula prima Desponsationum, huic Dissertationi annexâ.

10.

An ergo nullam aliam ob causam potest Repudiari Uxor, & Divortium fieri, quàm ob Adulterium?

R. Breviter dico: In verbo Dei nullam aliam causam invenimus: & hinc concludimus, secundum jus Divinum nullam aliam legitimi divortii esse causam. Novimus, sicuti olim inter Judæos ea in re fuit dispensatum, & fibula hæc laxata: sic inter Christianos quoque Constitutionibus tam Civilibus, quàm Ecclesiasticis idem esse factitatum, & quotidiè factitari. Quàm rectè, viderint ipsi. Nostri instituti non est, prolixiùs istis quæstionibus immorari, quæ sunt latissimæ, ob infinitam circumstantiarum varietatem: sed intra cancellos duntaxat Verbi Divini nos continere. Qui verò plura de his desiderat, consulat Bezam de Repudiis & Divortiis, Perkinsum in Expositione Sermonis Christi in monte, ad Matth. 5. v. Petrum Martyr. in cap. 7. epist. ad Corinthios,

2011 Ministerio de Cultura

thios, Clariſſ. D.Spanhemium in Dubiis Evangelicis, Parte 3. Dubiis 120. & 147. & 148.

II.

ARGUMENTA JUDÆORUM

ex Abarbenele, pro Divortiorum licentia.

Priuſquam ſecundam hujus Diſſertationis partem concludamus, placet aliquot Rationes Judæorum proponere & expendere, quas illi pro ſua ſententia, & Divortiorum licentia, in medium adducunt.

Vidimus ſuprà, Abarbenelem, Judæorum recentiorum doctiſsimum & argutiſsimum, duas generales Repudiorum cauſas ponere; 1. ערות דבר *Turpitudinem & Impudicitiam*, ſive ea conſiſtat in Fornicatione & Adulterio ipſo, ſive in aliis, pudicitiam muliebrem minùs decentibus, aut certè ſuſpectam eam reddentibus, 2. *Diſplicentiam, vel Odium*, ex diverſitate Temperamentorum & naturarum, morum, voluntatum, ſtudiorum, natum; unde ſc. fit, ut marito uxor diſpliceat, vel odium contra eam concipiat, etiam leves ob cauſas, &c.

De *Prima cauſa* ſimpliciter non eſt magna quæſtio & controverſia, quatenus ea ſtatuitur λόγῳ πορνείας. Unde illi probandæ non multùm inſiſtit:

De Appendice autem illa, *Ob quamvis rem turpem & fœdam*; & de *Secundâ*, præcipuè controvertitur; quia ſi ea admittitur, latiſſima jam patet quibuſvis prætextibus via, neque ullis ampliùs repagulis Repudiorum licentia contineri & coërceri poterit. Sententiam ergò hanc probare nititur ſequentibus rationibus, contra eos, qui nonniſi in Adulterii caſu Divortia admittenda cenſent. Quæ verò ille confusè proponit, nos in ordinem aliquem redigemus, & quàm fieri poterit perſpicuè proponemus. Extant autem in Comment. ejus in Deuteron. ſect. כי תצא, fol. 384. colum. 2. & fol. 385.

12.

PRIMUM ARGUMENTUM ducit ex verbis his ערות דבר. *Non eſt*, inquit, *conveniens, ut per illa intelligatur tantùm* זנות *Scortatio vel Fornicatio, quaſi ob hanc ſolùm, & nullam aliam ob cauſſam, Uxor dimitti poſſit. Nam non neceſſe fuit hanc cauſam ſolam allegare;*

2011 Ministerio de Cultura

gare; eò quod adulterium per se solvit matrimonium, tùm quatenus id capitale fuit; tùm quatenus adultera per se אֲסוּרָה *illicita fuit viro, neque licuit ei cohabitare,* אע"פ שיאהבה כנפשו *licet eam intimè adhuc amet, & retinere cupiat.* Itaque concludit, *intelliguntur hîc aliæ res turpes & fœdæ, marito displicentes, & exosam uxorem reddentes.*

R. Concedere facilè possumus, Mosen intelligere hîc non tantùm Adulterium actuale ipsum, sed etiam alias res fœdas & turpes, &c. sed attendendum ad id, quod suprà in expositione hujus loci dictum, Mosen hîc nec præscribere Legem, neque permittere ista approbativè, neque dicere quid sit juris, sed quid fuerit facti Judæorum, qui omninò propter quasvis res licentiam sibi sumebant uxores dimittendi. Probet verò Abarbenel, Mosen hanc praxin approbasse, nedum præcepisse. Id nunquam faciet, maximè cùm ipsemet, uti vidimus, fateri sit coactus, Unicum in istis verbis duntaxat contineri præceptum de non reducenda uxore repudiata, posteaquam ab alio polluta, vel in uxorem ducta est: Cætera dixit inserta esse tantùm occasionaliter, propter necessitatem rei subjectę, &c. An autem omnia, quæ in præcepto hujusmodi hypothetice ponuntur, statim approbantur, vel simul quoque præcipiuntur? Minimè, nisi eadem alibi constet esse præcepta vel approbata. Eadem est responsio, quando instat ex verbis; *Si accidat, ut non inveniat gratiam in oculis ejus: &c. Si vir posterior odio habuerit illam.* Nam & ista eodem modo ponuntur hypothetice, uti suprà vidimus.

Deinde, non sequitur; *Adulterium fuit capitale: & Adultera fuit prohibita honesto viro. Ergo non potest allegari pro Causa Divortii.* Nam mariti non est Mulieris supplicium deposcere, sed separationem legitimam ab ea facere. Et constat olim ex ea licentia, quam usurpabant sibi Judæi, & secundum quam Moses hîc loquitur, solitos fuisse sæpe maritos sui proprii honoris causâ, adulterium occultare, & sic clàm, causâ non patefactâ, vel ad judicem delatâ, ut ipse Abarbenel nos suprà docuit, libello repudii uxores dimittere.

Instat ex Loco Malachiæ Cap. 2. כִּי שָׂנֵא שַׁלַּח *ubi*, inquit, *nullius Rei fœdæ Prophetæ meminit, sed solius Odii. Itaque patet, Diversitatem vel Contrarietatem naturarum etiam Dimissionis causam esse, quando maritus uxorem odit.*

2011 Ministerio de Cultura

R. Ex loco hoc Prophetæ nihil potest probari: 1. quia Prophetæ non tulerunt leges, sed Legis jam datæ fuerunt Interpretes & Vindices. Ut itaque locus iste ad rem faciat, ostendendum priùs, Legem vel Præceptum aliquod legale hac de re extare, in quo dictum illud Prophetæ sit fundatum. 2. quia dictum hoc Prophetæ valdè est ambiguum, & diversas interpretationes admittit. Iterum itaque nihil ex eo potest concludi, nisi simul locus aliquis clarior & evidentior afferatur, in quo doceatur, licitum esse & permissum à Deo, si quis quacunque de causa odio habeat uxorem suam, eam dimittere. Nihil dicam jam de Christianis interpretibus, quorum non pauci verba hæc contrario planè sensu exponunt; *Quia odit Dominus Dimittere*, h. e. *Dimissionem*, fœminarum sc. innocentium, quales fuerunt, quæ ob infœcunditatem uteri solam dimittebantur; quòd item & verborum constructio, & cohærentia sensûs hanc interpretationem commodè admittant. Unde eam amplexi sunt Tremell. & Junius, Tossanus in notis, Piscator, Versio Gallica, D. Deodatus in prima editione versionis Italicæ, & quidam alii. Ipsi Talmudici jam olim de sensu hujus loci disputarunt, & non defuerunt inter ipsos, qui posteriorem hanc expositionem approbarent; quamvis cum limitatione aliqua, sed futili & frivola, sententiam utramq; conciliare studeant. Hinc legitur in Talmud Babylonico, in Gittin cap. ultimo in fine: & in Hierosolymitano, in Tractatu קדושין: כִּי שָׂנֵא שַׁלַּח : ר' יְהוּדָה אוֹמֵר אִם שָׂנֵאתָ שַׁלַּח ר' יוֹחָנָן אוֹמֵר שָׂנוּי הַמְשַׁלֵּחַ " וְלֹא פְלִיגִי " הָא בְּזוּג רִאשׁוֹן וְהָא בְּזוּג שֵׁנִי דר' אֱלִיעֶזֶר אוֹמֵר כָּל הַמְגָרֵשׁ אִשְׁתּוֹ רִאשׁוֹנָה מְזַבֵּחַ מוֹרִיד עָלֶיהָ דְּמָעוֹת H. e. *Quod Malachias dicit*, כִּי שָׂנֵא שַׁלַּח *super eo disputarunt* R. *Jehudah*, & R. *Jochanan*. R. *Jehuda dixit*, *sensum esse*, Si odio habes, dimitte. R. *Jochanan autem dixit*, *sensum esse*; Quia odit (Deus) dimittentem, *seu*, Quia exosus est dimittens. *Sed non sunt contrariæ istæ sententiæ. Hæc enim, de conjuge prima; illa, de conjuge secunda est intelligenda, secundum id quod* R. *Elieser dixit*; *Quicunque dimittit uxorem suam primam, super eo fundit altare lachrymas.* Quin imò ipse Abarbenel, Commentario in Malachiam, utramque expositionem affert, neque accuratè ut aliâs, quænam præferenda sit, definit. Et R. Salomon scribit: רַבּוֹתֵינוּ חֲלוּקִין בָּזֶה בְּמַסֶּכֶת גִּטִּין וכו' *Rabbini nostri dissentiunt de expositione hujus loci, in Masseches Gittin.* Aben Esra:

2011 Ministerio de Cultura

Esra: הַשֵּׂם יִשְׂנָא שִׁילַּח אִישׁ אֶת אִשְׁתּוֹ הַשְּׂהוּרָה׃ *Deus odit, si vir dimittat uxorem suam legitimam*, 3. quòd si maximè expositio illa admittatur, *Si odio habes, dimitte*; nihil tamen inde quoque pro Permissione & Approbatione talium divortiorum concludi potest; quia eo sensu non absolutè, secundum legem, sed comparatè ad graviora delicta, id dicit Propheta: Sic exponit R. D. Kimchi: טוב הוא שישלחנה׃ בגט ותלך ותנשא לאיש אחר שיאהבנה׃ *Melius est, ut dimittat eam cum libello, & abeat, & viro alii nubat, quàm ut eam retineat, & in corde suo odio habeat.* Sic & D. Calvinus: *Hîc rursus Propheta exaggerat crimen illud, quod pro nihilo ducebant sacerdotes. Dicit enim, graviùs eos peccare, quàm si uxores repudiarent. Scimus tamen, repudium nunquam fuisse permissum divinitùs, propriè loquendo. Nam etsi fuit impunitas sub Lege, non tamen fuit permissio: quemadmodum Magistratus multa, quæ non probabit, cogetur tamen ferre: quia nunquam ita præclarè agetur cum genere humano, ut cohibeantur omnia vitia. Est quidem hoc optandum, ne ullum vitium toleretur: sed videndum, quid fieri possit. Ergo Moses ex præscripto Dei non inflixit pœnam pro delicti gravitate, si quis uxorem repudiaret: nunquam tamen hoc permissum fuit. Sed si fiat comparatio, dicit Malachias, levius esse delictum, uxorem abjicere, quàm plures simul ducere.* Munsterus in notis ad hæc verba illius loci; *Qui operit injuriam*; scribit: *Sensus est; Minus malum est, si dimittas uxorem pubertatis tuæ, quam odio habere cœpisti, ut illa alteri nubat, & tu libidini tuæ satisfacias, quàm quòd cum injuria illam apud te retineas, & odium in corde veluti maculam sub veste abscondas.* Quare nec sic aliquid absolutè ex eo concludi potest.

13.

SECUNDUM ARGUMENTUM ducit Abarbenel, *ex primæ conjugis Evæ creatione, quæ ex costa viri desumpta fuit, os ex ossibus ejus, & caro ex carne ejus, ut conveniens similitudo naturæ & temperamentorum esset: ex primi item conjugii institutione, in qua Deus inter alia dicit;* אֶעֱשֶׂה׃ לוֹ עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ, Genes. 2. v. 18. *quod ipse explicat;* עֵזֶר דּוֹמֶה׃ לְעֻמּוֹ מַסְפִּים עִמּוֹ כָּל צַד Auxilium ipsi simile, & cum eo per omnia conveniens & consentiens. *Hinc dicit narrari, quòd, hujus sc. rei causâ, Deus in prima creatione ad Adamum adduxerit ex omnibus bestiis agri, & ex omnibus avibus cœli, ad videndum, quodnam illis sit nomen inditurus?* Gen. 1. v. 18, 19. *h. e. an inter illa reperturus sit Tem-*

2011 Ministerio de Cultura

peramentum alicujus conveniens & congruens cum temperamento ſuo; ſed cùm id non reperiret, ob temperamenti ipſorum diverſitatem à temperamento & natura ipſius, poſtea iterùm dici; Et Adamo non invenit adjutorium ei reſpondens; *q. diceretur; Invenit quidem adjutorium, quia tot inter Creaturas illas erant fœminæ; ſed nullum invenit, quod conveniens & conſentiens eſſet naturæ ipſius. Vocem enim* כנגדו *vult ſignificare,* Simile ipſi, Reſpondens & conſentiens Naturæ ipſius. *Ut ergo convenientia & harmonia inter ipſos eſſet, ſumpſiſſe Deum, Unam ex coſtis ipſius, os nimirum ex oſſibus, & carnem ex carne ejus; & ex ea feciſſe Mulierem, eamq; adduxiſſe ad Adamum, quò naturæ & temperamenti ejuſdem eſſet. Ex quibus concludit, neceſſariam eſſe, inter Virum & Uxorem, Naturæ & morum ſimilitudinem; ut ex illis appareat, Uxorem ejuſdem eſſe cum Viro naturæ, atque adeò ex ipſo q. deſumptam. Et cùm id non apparet, non eſſe verum conjugium, ac proinde dirimendum.*

Vim ergò hujus Argumenti ponit in voce loci hujus Gen. 2. 18. כְּנֶגְדּוֹ, quaſi eâ indigitetur, Uxorem viro debere eſſe ſimilem Naturâ, moribus, animo, ſtudiis, voluntatibus, &c.

℟. 1. Nolumus diffiteri, hanc vocem ita poſſe explicari, ad indicandam ſimilitudinem, convenientiam, conjunctionem, præſentiſſimam ſemper, & ad nutum mariti promptiſſimam, paratiſſimamque; & quidem non ſolùm in Rebus corporalibus, & œconomicis, ſed & in ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis: עזר כנגדו *Auxilium quaſi coram ipſo, vel è regione ipſius, ex adverſo ipſius, ei reſpondens, correſpondens, alter quaſi ipſe;* quamvis non omnes Interpretes ita latè extendant. Vulg. Interpres; *Adjutorium ſimile ipſi,* quod videtur de ſimilitudine duntaxat naturæ dictum. Græci: Κατ' αὐτὸν, *Juxta, ſecundum ipſum.* Chaldæi, סמך כקבליה *Suſtentaculum quaſi eorum eo,* ut Hebraicè. R. Iſaac ben Arama explicat, כנגד צרכו ושוה לו *Pro neceſſitatibus* (uſibus) *ipſius, & æquale* (commodum) *ipſi.* R. D. Kimchi in libro Radicum; שתהיה לפניו ולעמתו תמיד לשרתו *Auxilium quod coram ipſo & è regione ipſius ſit jugiter, ad miniſtrandum ei.* Ramban: עזר כמותו *Auxilium ſicut ipſe:* &, עזר שיהיה ראוי כנגדו ותקרא בשמו שיוליד ממנו *Auxilium quod eſſet conveniens pro ipſo, quodq; vocari poſſet nomine ipſius, & ex quo generare poſſit, vel liberos ſuſcipere.* Ita multi ſunt, qui hæc verba trahunt ad ſimilitudinem naturæ tantùm, & Miniſteria

2011 Ministerio de Cultura

ſteria conjugalia & domeſtica. Sed, ut dictum, non intercedimus, quin ulteriùs extendantur: At

2. Dicimus, attendendum hîc eſſe, quòd hæc dicta ſint de Inſtituto & Ordine Divino; qualis ſc. debeat eſſe ex ordinatione Divina Uxor; non qualis futura ſit, maximè etiam poſt lapſum. Dicta ſunt hęc verba à Deo, parentibus noſtris primis, in integritate adhúc conſtitutis; non poſt lapſum corruptis. Sic Eva ipſa, adhuc integra etiam, fuit Adamo ſeductorium potiùs, quàm adjutorium; quomodo? non ex ordine divinitùs inſtituto, ſed ex accidenti, malitiâ Diaboli, & abuſu liberæ voluntatis. An verò propterea Deus eos ſeparavit? an Adamo aliam creavit, & adjunxit? an Adamus eam abjecit, dimiſit? An Eva deſiit eſſe עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ? Nequaquam. Quæ igitur ratio, quòd hodiè ſtatim, ſi non benè conveniat in omnibus marito & uxori, ſi uxor marito ſit moleſta, maritus debeat illam à ſe amandare? Uxor debet meritò eſſe עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ Adjutorium commodum ipſi. At ſi non ſit perfectè talis ad votum & nutum mariti, an protenùs abjcienda, expellenda? Sanè ex his verbis illud non elicitur. Et an culpa ſemper Uxoris? annon quandoque Maritus quoque errare poteſt, & culpam, quæ in ſe, in Uxorem rejicere? Et poſito, mulierem moroſam, tędioſam, difficilem, refractariam eſſe, annon cogitandum potius, crucem hanc eſſe à Domino impoſitam, à ſe probè commeritam, ac proinde patienter potiùs ferendam, quàm excutiendam? Hinc eſt, quòd in his verbis אֶעֱשֶׂה לוֹ עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ explicandis, lepidè luſerint Hebræi. כְּנֶגֶד non tantùm ſignificat *Coràm, E regione*; ſed &; *Contra*, & in malum ſumitur. Unde diſpeſcuerunt illa verba, & explicuerunt; *Faciam ipſi* (uxorem ſc. quæ ſit) vel *Adjutorium*, vel *Adverſaria* ipſi, זָכָה עֵזֶר *Si mereatur ac dignus ſit* (ſi pius, juſtus fuerit); *Auxilium*; לֹא זָכָה כְּנֶגְדּוֹ לְהִלָּחֵם *ſi non talis ſit, ſi indignus fuerit, Adverſariam, ad pugnandum contra ipſum.* Hinc ſcribunt etiam alibi, prout citatur à Commentatore Ben Syræ: אַרְבָּעָה אֵין נִכְנָסִין לְדִין וְאֵלּוּ הֵן דְּקְדוּקֵי עֲנִיּוּת וְחוֹלִי מֵעַיִם וְהָרְשׁוּת וּמִי שֵׁישׁ לוֹ אִשָּׁה רָעָה וְאֵינָהּ מְגָרְשָׁהּ *Quatuor non ingredientur in judicium; Extremè pauperes; Dyſenteriâ laborantes; Sub Tyranno, vel Tyrannico Magiſtratu viventes; & Qui habet Uxorem malam & non expellit eam.* Nam, addit; אִם גֵּירְשָׁהּ לֹא עָשָׂה יָפֶה שֶׁאֵין שָׂעָה מְשַׁחֶקֶת לוֹ אַחֲרֶיהָ וְלֹא עוֹד אֶלָּא שֶׁהָעוֹלָם מַחְשִׁיךְ לוֹ כְּשֶׁהוּא מְגָרְשָׁהּ *Si expellat eam, non*

2011 Ministerio de Cultura

benè facit: quia hora non arridet ei post eam (non felix erit, non prosperabitur post eam, in altero sc. matrimonio): *neque hoc tantùm, sed & mundus totus ei obtenebratur* (omnia ipsi fiunt q. adversa), *quando expellit eam.* Et hoc dicit etiam esse quod Ben Syra innuere voluerit, dicens; גַּרְמָא דְנָפִיל בְּחוּלָקָךְ גַּרְדִּירָה *Os quod cecidit in sortem tuam* (quod tibi contigit) *illud rodito* (retineto). Si hæc causa valeret, & maximè si hoc esset penes arbitrium mariti, quæ confusiones forent in mundo, in familiis, quæ conjugia firma, & stabilia? Quis credat Deum voluisse tantam licentiam & potestatem Maritis largiri, tam latam portam divortiis aperire? Uxor legitimè desponsata & ducta, ex ordinatione Dei, est עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ *Adjutorium viri à Dei ipsi factum & destinatum.* Si aliter aliquando eveniat, culpâ hominum est, quæ Dei ordinationem non potest tollere & abolere.

14.

TERTIUM ARGUMENTUM struit Abarbenel ex verbis illis; לֹא טוֹב הֱיוֹת אָדָם לְבַדּוֹ *Non est bonum, hominem esse solum*, hac ratione; *Ex verbis istis*, ait, *colligitur, Conjugium institutum esse, ut in illo* benè *atque adeò melius sit homini, quàm extra conjugium in Cœlibatu & vita solitaria. Atqui in tali conjugio, in quo Vir & Uxor non idem jugum ducunt, sed perpetuò dissentiunt, in quo Naturæ & Temperamentorum est contrarietas, Viro non est meliùs: sed satius ac melius ei est, ut sit solitarius,* וְלֹא בְחִבְרַת הַנָּחָשׁ הַצְּפְעוֹנִי הָאִשָּׁה רָעָה *quàm in consortio serpentis talis virulentæ, mulieris malæ; quomodo & Salomon dicit Ecclesiast.7.27.* Inveni ego rem amariorem morte, Mulierem: quia est sicut retia & laquei cor ejus, &c. & *Proverb.21.9.* Melius est habitare in angulo tecti, quàm cum muliere contentiosæ; *quæ est sicut stillatio assidua in die pluviæ, ut iterum Salomon ait, Proverb.27.15. Itaque iterum concludit, Conjugia ejusmodi contraria, non esse conformia Institutioni primæ; ac proinde dissolvi posse.*

℟. Neque ista verba ad causæ præsentis probationem sufficiunt. Non enim agitur hîc tam de privato Bono Hominis, quàm de Publico & Communi totius speciei. Nam quia jam reliquis Animantibus hunc ordinem præscripserat, ut generando suam speciem popagarent, & multiplicarent, cumq; hujus rei causâ, uti Interpretes volunt, marem & fœminam cujusque speciei creasset; homo autem seu Adamus solus esset, dixit; *Non est bonum, Adamum*

2011 Ministerio de Cultura

Adamum esse solum, h. e. *Non est utile, commodum, expediens, ut cùm cæteræ animantium species suum auxilium habeant ad prolis procreationem, & speciei conservationem & multiplicationem, homo solus non habeat*; quia eadem ratione, ut in cæteris animantibus, genus humanum conservari & propagari voluit. Et sic etiam doctissimi Hebræi טוב *Bonum*, ad consistentiam & stabilitatem speciei referunt. Quam expositionem si sequamur, nihil planè inde confici potest, pro Divortiorum licentia aut necessitate, ob diversitatem Temperamentorum & naturarum: quia etiam hac ratione Bonum illud promoveri potest.

Et quamvis dici possit, ideò etiam non bonum esse, Hominem esse solum; quia Homo est animal sociale & πολιτικὸν, cui non benè est solitario, omnibus licet bonis afflueret, sed qui ad felicitatem suam opus habeat socio & solatio in solitudine ad colloquendum, ad convivendum, ad cooperandum, vel etiam ad bestiis imperandum; certum tamen est, principaliter intelligendum hoc esse de priore Bonitate; quia hæc incommoda absque fœmina levari poterant.

Quin & licet concedamus Conjugium ideò institutum esse, ut Homini melius in eo sit, quàm extra illud; non tamen sequitur, si iste eventus non sequatur semper, statim dirimendum esse. Nam intelligendum hoc de Conjugio quale est ex Institutione Dei, & ex ejus benedictione; qualeque fuisset inter Homines, si in statu integritatis permansissent, in quo institutum est conjugium; non quale jam est post corruptionem Hominis, & sæpè ex maledictione Dei. Conjugii natura in se talis est, & manet, ut homini melius sit in eo multis modis, quàm in vita solitaria: quod aliter sæpè eveniat, ex accidenti est, culpâ sc. ipsius hominis, qui hanc etiam calamitatem sibi per peccatum attraxit.

Loca Scripturæ allegata nihil prorsus etiam ad rem faciunt. Testantur illa, molestum, grave, & calamitosum esse, cum Muliere morosa, mala, contentiosa, rixosa habitare: Nullo autem verbo docent, illam expellendam & abjiciendam esse: quia non decet Flagella Dei, quibus ipsi nos castigare lubet, hac ratione excutere.

15.

QUARTUM ARGUMENTUM, quod à *Finibus conjugii* deducit, ejusdem est monetæ & ponderis cum præcedentibus: Dicit;

Omnes

2011 Ministerio de Cultura

Omnes Actiones hominum in hoc mundo respiciunt ad aliquem ex quinque istis finibus; Vel Utilitatem circa Bona temporalia, vel Honorem & Gloriam, vel Voluptatem corporalem, vel Perfectionem animæ, vel Liberorum Bonum. Et hi fines omnes obtinentur in Conjugio æquali, ubi Vir & Mulier ejusdem sunt Naturæ, Temperamenti, Animi, &c. Primò *in mutua & concordi sua societate bona sua augent. Cùm enim homo non naturâ acquirat vestimenta & alimenta sua, sed opere & labore suo, multisq; ad hæc indigeat, certum est uxorem commodam magnum ad hæc præstare subsidium.* Secundò, *Honorem quoque consequuntur tales Conjuges; quia ab homine, qui sine uxore vivit, gloria recedit: & Gloria hominis est habitare in domo,* (i. e. in conjugio, ex Jesa. 44. v. 13.) *Uxor etiam continet maritum, ne seipsum, cum scortis conversando, prostituat, dum animam ejus implet, cùm esurit.* Tertiò, *Voluptas quoque corporalis capitur ex conjugio concordi & æquali: quia Uxor adjuvat Virum in omni labore ipsius, & in omnibus, quæ tàm ad necessitatem, quàm ad voluptatem corporalem spectant.* Quartò, *Animæ quoque perfectio promovetur: nam Conjunctio viri cum Uxore cohibet eum à peccando, & à concupiscentiis suis inordinatis: hac etiam conjunctione & consortio implet præceptum Fructificationis & Multiplicationis, præter alia præcepta, quæ huic societati cohærent.* Quintò *denique Liberorum Bonum juvat; Uxor enim est causa liberorum, eosq; enutrit & educat.*

Atqui isti fines, & istæ utilitates non sequuntur in Conjugio inæquali, in quo conjuges non sunt ejusdem, quoad fieri potest, temperamenti & naturæ.

Ergo per divortium dirimendum.

R. Nulla est in Argumento consequentia. *Primò* enim Major propositio laborat; Non sequitur, quòd conjugium sit dirimendum ob non assequutos fines illius. Finis enim, ceu causa externa, non est de essentia conjugii: unde frustratio finis, non destruere potest essentiam conjugii. Possunt enim plures esse causæ, propter quas finis non consequatur.

Deinde confunduntur Finis Principalis, & Fines minus principales. Principalis finis est Liberorum procreatio. Unde si propter cessationem finis conjugium esset dirimendum, hujus causâ maximè id faciendum esset. Atqui nullum est testimonium Scripturæ, in quo doceatur, Matrimonium sterile esse dirimendum, vel Uxorem sterilem esse repudiandam. Liberi sunt donum Dei,

2011 Ministerio de Cultura

Dei, & ex benedictione ejus. Liberorum defectus est privatio seu carentia talis benedictionis, at non simpliciter causa repudii. Quod si verò sublato fine principali non tollitur conjugium ; quanto minus ob cessantes fines minùs principales.

Tertiò ; magna ex parte falsa est Minor propositio. Quamvis enim discordia & inæqualitas conjugum multùm possit impedire ; non tamen semper, nec necessariò id facit. Reperiuntur enim sæpè hujusmodi conjugia, quæ & prole sunt fœcunda, & tùm bonis temporalibus, tùm honoribus & gloriâ, affluentia & secunda. Et licet ex parte isti fines impediantur, non tamen totaliter, neque etiam semper finaliter. Adde quòd prudentia, patientia, mansuetudo & lenitas mariti multum hîc possit corrigere, & hujusmodi malis occurrere.

16.

QUINTUM ARGUMENTUM :

Si Divortia ob quamlibet causam, non fuerunt vel à Deo præcepta, vel saltem honesta & legitima, tùm utique Prophetæ sine dubio reprehendissent Israëlitas, quavis de causa uxores suas repudiantes, & ab hoc facto eos revocassent, sicut eos reprehenderunt ob conjugia contracta cum alienigenis, & alias transgressiones, saltem officii ipsorum fuisset, populum hac de causâ redarguere, & peccatum eorum ipsis indicare.

Atqui nullibi legimus, Prophetas hoc feciſſe : neque cogitari potest, illos hac in parte officio suo defuisse. Ergo.

R. 1. Negatur sumpti Consequentia. Non sequitur omne id à Deo esse præceptum, vel per se honestum & legitimum, de quo non expressè Israëlitas à Prophetis reprehensos fuisse legitur. Sic enim ob Polygamiam quoque non legimus illos omnes eos reprehendisse, qui eâ utebantur. Satis habuerunt, eos ob ea peccata reprehendere, quæ directè contra Leges à Deo positas incurrebant. Audivimus autem suprà, Deum divortia non prohibuisse disertâ Lege, vel pœnâ, sed ad ea conniviſſe, propter σκληροκαρδίαν Judæorum. Unde sicut Moses Legislator in Lege hoc quasi dissimulavit, & in medio reliquit ; ita etiam potuerunt Prophetæ idem facere, ut tamen officio suo non defuerint. Sed

2. Negari potest, Prophetas nullibi improbasse Divortia talia arbitraria, qualia Judæi sibi sumebant, uti suprà vidimus

2011 Ministerio de Cultura

in loco Propheræ Malachiæ, quem multi præstantes Interpretes ita exponunt; ut testetur Propheta, sibi displicere & exosa esse divortia.

Excipit ad priorem responsionẽ Abarbenel, quâ dicitur ob σκληροκαρδίαν Judæorum, Mosen & Prophetas ad divortia conniviſſe, illisque ea permisisse; *hanc non esse sufficientem causam, propter quam aliquid Homini concedi & permitti debuerit, quod non rectum: Perinde hoc esse, ac si quis diceret; Quia figmentum cordis humani malum est à pueritia sua, & proclive ad fraudes & rapinas; atq; propter rapinas ad Homicidium; idcirco concedendum est homini, & permittendum, ut liberè & pro lubitu proximum suum defraudet & diripiat. Melius enim est, ut rapiat bona & facultates ejus, quàm ut eum occidat. Atqui hoc planè est illicitum & inconveniens secundum Legem Dei.*

R. Exceptio quoque hæc ad evertendam Responsionem data est insufficiens. Quis enim hîc cum Deo summo Legislatore contendet? quis potestatem ejus limitabit? Homini, non sibi, Legem dedit. Si aliquid minus cum Ordinatione sua positiva conveniens ipsemet tolerare velit, certas ob causas, & circa illam dispensare, quis cum ipso disputabit, vel litem ei intendet? Actiones ejus omnes sunt justæ, licet ratio illarum nobis non semper constet. Hominibus id non licet, qui Legi sunt subjecti, sed Deo, qui Legem condidit.

Deinde observandum, Divortium quidem fuisse malum, sed non indispensabile, ei qui Legem condidit. Ratio, quia non est contrarium Imagini Dei, sed tantùm sanctioni liberæ à Deo institutæ; *Erunt duo in carne una: Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Sic respondet Clar. D. Spanh. Dub. Evangelic. par. 3. Dub. cxx. ubi etiam addit Distinctionem Philippi Melanthonis, qui distinguit inter *Honestum æternum*, & illud *quod non tale*; quorum istud mutationi obnoxium, illud non.

Tertiò attendendum, quomodo permissa fuerint Divortia; videlicet non quòd certo aliquo præcepto, ut quædam alia, concessa fuerint exsertè homini; sed quòd nullâ Lege impedita, nec sub ulla pœna prohibita fuerint, ut suprà latiùs est explicatum, quò Lectorem remittimus.

Quartò, quî minus hæc ratio hîc quadrare potest, quàm in aliis similibus, De Regis petitione, De Fœmina formosa, in bello capta;

2011 Ministerio de Cultura

capta; ubi, ut ſuprà viſum, hanc rationem reddunt Talmudici, & ex illis Abarbenel ipſe?

17.

SEXTUM ARGUMENTUM.

Si Divortia fuerunt res per ſe coram Deo abominabilis, & permiſſa tantùm, non prohibita, propter concupiſcentiam malam hominis; ſicut Uſura, quæ vetita eſt tantùm erga Fratrem, non erga Alienigenam, ad ſatisfaciendum aliquo modo cupiditati hominis, tùm non ita accuratè præſcripſiſſet Modum & Formam Dimiſſionis, ſicuti id factum legimus. Nam non eadem ratione deſcripſit Formam & Modum Uſurarum ab alienigena, quantum ſingulis menſibus de tali vel tali ſumma ſit accipiendum.

Item; *Si eadem eſt ratio Divortiorum, quæ Uſurarum, quare nuſpiam legimus in Sacris, quòd is laudetur & commendetur, qui non dimittit Uxorem; ſicut laudatur is, qui Argentum ſuum non dat in Uſuram?* Pſalm.15.

R. 1. Non dicimus, eandem eſſe rationem Divortiorum, quæ Uſurarum. Neque neceſſe eſt, ut quæſtionem illam de Uſuris hîc ingrediamur.

2. Quòd ſumitur & præſupponitur, Deum præſcripſiſſe accuratè Modum & Formam Dimittendi Uxorem; id nos negamus. Verba illa neque continent præceptum aliquod Divinum, neq; permiſsionem aut conceſsionem approbativam, nihil etiam vel Dei vel Moſis nomine de forma Dimittendi præſcribunt, ſed factum Judæorum tantùm formulâ loquendi hypotheticâ & συγχωρητικῇ ſupponunt, ut ſuperiùs explicatum. Accurata illa forma & modus, de quo loquuntur Judæi, qui ex Verbis Moſis decem conditiones & requiſita neceſſaria elicuerunt, ex ipſorum eſt gloſſematis, non ex mente Moſis. Negato autem hoc ſumpto, per ſe ruit conſequentia.

3. Quod dicitur, nullibi laudari eum, qui Uxorem non dimittit, ſicut laudatur is, qui Argentum ſuum non dat in Uſuram, antea jam diximus, nos non in eodem cenſu & ordine duo hæc conſtituere. De non accipiendis Uſuris à fratre, præceptum diſertum eſt in Lege. De repudianda vel non repudianda Uxore, nullum ejuſmodi expreſſum præceptum extat. Uſuræ habent turpitudinem intrinſecam contrariam Legi naturali, qualem Di-

2011 Ministerio de Cultura

vortium non habet, ut Clar. Spanhemius docet in Dubb. Evang. par. 3. Dub. CXXVII. Non itaque tanta fuit ratio laudandi eum, qui non dimittit uxorem, ut qui non accipit Usuram. Sed negari quoque potest, nihil tale in Sacris literis reperiri. Nam sunt Interpretes, qui locum Malachiæ cap. 2. suprà adductum ita exponunt, ut Propheta illic testetur, Deum odisse repudia ea, quæ fœminis dabantur ex sola caussa infæcundi uteri, cæterà innocentibus; & ut facti hujus iniquitatem ostendat, exemplo uti *Abrahami*, quem *Unius* nomine indigitari volunt, qui cùm justissimo teneretur prolis desiderio, tamen uxorem sterilem in matrimonio retinuerit. Vide Grotium ad Matth. cap. 5. Adde quòd si non legamus encomia eorum, qui non dimittunt Uxores; nulla tamen etiam legamus laudata exempla Patriarcharum vel Prophetarum, qui repudium miserint uxoribus suis.

Objici posset Abrahami exemplum, *qui Hagarem, quam suasu conjugis suæ Saræ duxisse legitur Gen. 16. 2. ejusdem instinctu ejecit & expulit unà cum filio Ismaële, Gen. 21. 10. 14.* Sed illud nihil ad rem facit.

Nam 1. Hagar non fuit vera uxor, sed Ancilla Concubina. Hinc dicit Sara; *Ejice ancillam istam*: & Genes. 25. 6. vocatur Concubina: illa enim quoque, ex sententia præstantissimorum Interpretum, & ipsius Abarbenelis, comprehenditur, quando dicitur; *Filius verò Concubinarum dedit Abraham dona.* Concubinæ autem, ut suprà visum, nullas habebant literas dotis, quæ ad veras & legitimas nuptias requiruntur, ac proinde non erant veræ uxores. Deterioris etiam conditionis fuerunt Ancillæ concubinæ, quàm ingenuæ & liberæ, quæ in matrimonium duci potuerunt. Unde illarum filii non hæredes fuerunt patrũ suorum, sed spontaneas & liberas donationes ab illis acceperunt. Vide Majemon. in הלכות נחלות cap. 1. ubi disertè dicit; *Filius ex Ancilla aut Extranea, non est ullâ ratione filius*, וְאֵינוֹ יוֹרֵשׁ כְּלוּם *nec ullam hæreditatem capit.* Unde & D. Paul. ad Gal. 4. v. 30. *Nequaquam enim hæres esse potest filius ancillæ, cum filia liberæ.* Ab eo itaque, quod circa hujusmodi concubinam factum, ad veram & legitimam uxorem, non valet consequentia. Et, si pro vera uxore agnoscenda esset Hagar, probandum esset prius, Polygamiam esse licitam & bonam. 2. quòd Abraham Saræ hac in re morem gesit, ejus mandatum accepit à Deo, cujus singulares & graves etiam redduntur rationes. Ita

singulare

2011 Ministerio de Cultura

ſingulare eſt hoc exemplum, quod nihil probare poteſt pro arbitrariis & promiſcuis hujuſmodi Divortiis.

18.

SEPTIMUM ARGUMENTUM.

Si Divortia non ſunt à Deo præcepta, neque ſecundum Legem, & ritum Moſis & Iſraëlis, ſequitur, Mulierem perpetuò deſponſatam manere viro ſuo, nec unquam ab eo ſeparari poſſe. Quod ſi verò res ita habeat, quæritur, Quare Deus permiſerit Uxorem dimiſſam ſeu repudiatam Viro ſecundo, cùm continuò ſit ac maneat Uxor mariti prioris?

R. 1. Non docemus nos, Omnia Divortia eſſe illicita & prohibita, ſed Arbitraria illa, quaſvis, etiam leviſsimas ob cauſas, pro lubitu mariti, fieri ſolita. In talibus, coram Deo, vinculum matrimonii, etiam poſt dimiſsionem conſuetam, manere aſſerimus; adeoq; tùm maritum adulterum fieri, tùm uxorem, ſi alii poſt divortium tale nupſerit.

2. Probandum, Deum in lege allegata permiſiſſe Uxorem quavis de cauſsâ dimiſſam Viro alteri. Verba illa, ut ſuprà vidimus, ex ipſo etiam Abarbenele, hypotheticè ſunt à Moſe prolata, & nil aliud docent, quàm quid facti fuerit inter Judæos, non quid Juris Divini; quid Deus tunc diſsimulando q. toleraverit, non quid præceperit, vel approbativè conceſſerit, & permiſerit. Objectio verò nulla, niſi talis conceſsio & approbatio demonſtrata fuerit.

19.

OCTAVUM ARGUMENTUM ducit à Fine inſtitutorum Sponſalium;

Philoſophus, inquit, *docet in Politicis, hoc fine inſtituta eſſe Sponſalia ante nuptias; quò, tempore hoc intermedio, deſponſati ſe invicem próbent: &, ſiquidem deprehendant, Pacem, Concordiam & Amorem inter ipſos ſequi, ex ſimilitudine & convenientia Temperamentorum, ad Nuptias quoque progrediantur; ſi ſecus, à Nuptiis abſtineant, neque Vir uxorem eam ducat: quia ſatius eſt eam repudiare* בְּתוּלָה Betúlah *Virginem, quàm* בְּעוּלָה Beúlah *Nuptam & ductam. Quod ſi verò etiam jam duxerit, nec ullâ ratione concordes vivere poſsint, præſtare, ut eam poſtea expellat, quàm cum ſuo dolore retineat, & in perpetuis jurgiis & rixis cum ea vivat; & ut alia infinita incommoda prohibeantur:* כִּי בְחִירַת הָרָע בְּמִיעוּטוֹ *Nam inter duo mala minus eligendum. Hac*

2011 Ministerio de Cultura

ratione enim poterit Ipſe ducere uxoerm aliam, ſibi convenientiorem, & ipſa quoque nubere Viro alteri; ſicq; utriuſque bonum promoveri, & multa mala præcaveri.

R. 1. Probandum eſt aliâ, quàm Ariſtotelis aut Platonis, authoritate, eo fine inſtituta eſſe Sponſalia, ut Sponſus interea Sponſæ ſuæ naturam, indolem, mores, &c. demùm probet; & ſi tùm eam minus ſibi placentem aut convenientem deprehendat, repudiet. Magnum poſtulatum eſt, quod hîc ſibi ſumit. Concedimus equidem, præter alias cauſas, hanc quoque unam eſſe, cur inſtituta ſint Sponſalia, ut hoc temporis intervallo tempeſtivè diſpiciatur, num aliquid fortaſsis exiſtat, quod matrimonii conſummationem impedire poſsit: Sed quamvis hîc cauſam à Sponſo prætenſam, & quidem ab ipſius placito, judicio, & arbitrio ſuſpenſam, id facere poſſe, id nos negamus. Cauſam oportet eſſe juſtam, ſufficientem, & legitimam. Suprà ex Abarbenele audivimus, eandem eſſe Sponſæ hîc rationem, quæ Uxoris jam in thalamum traductæ. Ergo non aliâ ratione dimitti poteſt.

2. Quod ulteriùs dicitur, *Inter duo mala, minus eſſe eligendum*, ac proinde ſatius eſſe, ſi quis talem jam duxerit, cum qua non concorditer vivere poſsit, ſed in perpetuis jurgiis & rixis, ad hæc & alia majora mala præcavenda, & utriuſque tranquillitatem juvandam, ut eam expellat, & aliam ducat, quàm ut eam retineat, &c; quod, inquam, hîc dicitur, acceptamus, quatenus ſupponitur, Divortium tale eſſe malum, ſc. vel Legi, vel Sanctioni & ordinationi Dei repugnans, ac proinde opponimus Regulam aliam, *Non eſſe facienda mala, ut eveniant bona.* Deinde dicimus, Actionum noſtrarum regulam non eſſe, noſtra vel commoda, vel incommoda, ſed voluntatem Dei, ejusque ordinationem verbo expreſſam. Commoda enim & incommoda illa ſæpè ſunt tantùm δοξαστὰ, non vera, & qualiacunque illa ſint, inprimis corporalia, Voluntati Dei ſunt ſubjicienda. Voluntas autem Dei eſt, ut quod ipſe legitimè conjunxit, homo non ſeparet, ut Vir, parentibus relictis, uxori ſuæ (legitimè ductæ) adhæreat, & ſint caro una; ſine clauſula, & ſine conditione hac adjecta; *ſiquidem uxor illa fuerit ejuſdem cum ipſo naturæ, animi, voluntatis, &c.* Si hæc admitterentur, quæ quæſo in mundo foret confuſio? ut ſuprà jam vidimus. Moroſitati mulieris, opponenda à viro Lenitas,

2011 Ministerio de Cultura

nitas, Manſuetudo, Prudentia, Patientia, quâ mores illius ſtudebit vel corrigere & diminuere, aut certè tolerare, tanquam crucem à Deo ſibi impoſitam, juxta illud Varronis:

Uxoris vitium tollas opus eſt aut feras:
Qui tollit vitium, uxorem commodiuſculam
Sibi præſtat: qui fert, ſeſe meliorem facit.

20.

NONUM & ULTIMUM Abarbenelis Argumentum;

Scribit: תּוֹרָתֵינוּ הַקְּדוֹשָׁה מַדְרֶכֶת אוֹתָנוּ בְּדַרְכֵי הַטֶּבַע הֶחָכָם בּוֹרְאוֹ בְּהַסְכֵּמַת h. e. *Lex noſtra ſancta deducit nos ſecundum Vias Naturæ Sapientis. Jam verò conſtat, omnes creaturas inferiores compoſitas eſſe ex Materia & Forma; Materiam item vocari* Fœminam, *& Formam vocari* Virum, *in Parabolis Prophetarum, & ænigmatis ipſorum. Quemadmodum ergo Forma non requieſcit in Materia, niſi certis conditionibus, veluti* primò *eſt* רוֹשֶׁם הַשָּׁמַיְמִי *Signatura cœleſtis, & Motus cœli, tanquam cauſa generationis illius*; ſecundò, *Diſpoſitio Materiæ, ejuſq; temperamentum ad recipiendam formam: ſic Hominis ſocietas cum Uxore non eſt proſpera, niſi ſit à Deo ex cœlis, & Uxor, in natura & temperamento ſuo, diſpoſita fuerit, ad conſentiendum cum eo. Et quemadmodum, mutato temperamento, Forma à Materia ſeparatur, neque permanet, niſi ſecundum diſpoſitionem & æqualitatem temperamenti Materiæ, recipientis eam: ſic quando Vir in Uxore ſua videt Turpitudinem aliquam, exceſſumq; temperamenti ab æqualitate & perfectione neceſſaria ac requiſita, tùm expellet ac dimittet eam è domo ſua, ſicut Forma ſeparatur à Materia. Quemadmodum etiam Generatio & Corruptio primò attribuuntur Formæ, utpote à qua Actio provenit (Materia enim recipit tantùm Formam): ſic in Conjugii diſſolutione Facultas expellendi & dimittendi dependet tantùm à voluntate Viri: Quemadmodum verò Corruptio venit à parte Materiæ: ſic Turpitudo deprehenſa in Muliere, cauſa eſt Divortii. Quemadmodum porrò Materia, cùm exuit Formam unam, ſtatim recipit aliam, neque ſine Forma manet: ſic etiam Mulier repudiata nubere poteſt Viro alii. Quemadmodum denique, juxta ordinarium & conſuetum naturæ curſum, Forma prima non redire ſolet ad Materiam illam, poſteaquam ea exuit jam Formam ſecundam & tertiam: ſic Maritus qui dimiſit Uxorem, quæ poſtmodum ab alio ducta, & iterum dimiſſa ac repudiata eſt, non poteſt eam reaſſumere, &c.*

By. Argu-

2011 Ministério de Cultura

R. Argumentum hoc est symbolicum : Theologia autem symbolica non est argumentativa, sicut Hebræi ipsi fatentur, quando ajunt, אֵין מַקְשִׁין בְּהַגָּדוֹת. Si hîc ingenio indulgere liberet, alia possent dari similia ex Natura desumpta, quibus probari posset, repudia vel divortia nequaquam esse Naturæ convenientia, & quidem ex ipsa Scriptura. Annon uxor cum Viro est caro una? annon os ex ossibus ejus, caro ex carne ejus? An autem naturæ conveniens est, ut quis carnem suam odio habeat? ut quamvis leviculam ob causam membrum aliquod suum, & quidem nobile, à corpore suo abscindat & abjiciat?

Multa talia speciosè & jucundè possunt proferri, sed non solidè. Omne enim simile est etiam dissimile. Lex quidem non est contra naturam, sed potiùs naturæ conformis : at nititur præcipuè Voluntati Dei.

Et probandum esset, eandem esse per omnia rationem Conjugii, quæ Generationis & Corruptionis in natura.

Conjugii potiùs ea est ratio, quæ *Fœderis*, & quidem Sacrosancti, Proverb. 2. v. 17. *Quæ* (mulier extranea) *deserit ducem adolescentiæ suæ : & fœderis Dei sui oblita est*; Conjugii nimirum contracti, advocato Dei nomine. Unde Uxor vocatur אֵשֶׁת בְּרִית *Confœderata viri*, Malach. 2. 15. Habet rationem *Societatis* & *Amicitiæ*, unde ibidem vocatur חֲבֶרֶת *Socia mariti.* Quemadmodum ergo fœdera, societates, & amicitiæ, debent esse perpetuæ, constantes, & utrinq; inviolabiles : ita etiam Conjugium. Quæ similitudo longè est aptior & convenientior, quàm illa, & insuper in Sacra Scriptura fundata.

Imò dici potest Abarbeneli, annon Conjugium corporale inter homines, sit כְּדִבּוּק הָאֱלֹהַּ עִם הָאוּמָּה *Typus Conjugii Spiritualis inter Deum & populum Israëliticum?* Nunquam autem ille concedet, Deum huic suæ sponsæ & conjugi *absolutum &* totalem libellum Dimissionis seu Repudii dedisse vel daturum, sed perpetuò ei fidem semel datam servare & servaturum, nec unquam eam totaliter repudiaturum, vel libertatem alii Viro nubendi concessisse aut concessurum. Sic enim Deus apud Propheram Jesajam loquitur, cap. 50. v. 1. כֹּה אָמַר יי אֵי זֶה סֵפֶר כְּרִיתוּת אִמְּכֶם אֲשֶׁר שִׁלַּחְתִּיהָ *Sic dicit Dominus, Ubi est libellus dimissionis matris vestræ, quo dimiserim eam?* vel, *Qualis est? &c.* Et quamvis postea

2011 Ministerio de Cultura

postea eodem versu dicatur, הֵן בַּעֲוֹנוֹתֵיכֶם נִמְכַּרְתֶּם וּבְפִשְׁעֵיכֶם שֻׁלְּחָה אִמְּכֶם *Sed propter iniquitates vestras venditi estis, & propter prævaricationes vestras; dimissa est mater vestra:* & apud Jeremiam cap. 3. v. 8. וָאֵרֶא כִּי עַל כָּל אֹדוֹת אֲשֶׁר נִיאֲפָה מְשֻׁבָה יִשְׂרָאֵל שִׁלַּחְתִּיהָ וָאֶתֵּן אֶת סֵפֶר כְּרִיתֻתֶיהָ אֵלֶיהָ *Et vidi, quòd* (licet) *propter fornicationem omnem quâ fornicata est aversa* (decem tribuum) *Israel, dimisi eam, & ei dedi libellum repudii sui, tamen non timuit prævaricatrix Jehudah soror ejus, sed ivit, & scortata est etiam ipsa*; tamen non vult Abarbenel hæc inter se pugnare, vel hæc loca de totali & finali repudio loqui. Sic enim ille, post aliorum adductas explicationes, scribit & hæc loca conciliat Jesa 50. וְיוֹתֵר נָכוֹן אֲצַלִּי לְפָרֵשׁ שֶׁהַנָּבִיא יְשַׁעְיָהוּ דִּבֵּר מֵאוֹפֶן בְּכְלוֹתָהּ וְלָזֶה אָמַר אֵי זֶה סֵפֶר כְּרִיתוּת אִמְּכֶם אֲשֶׁר שִׁלַּחְתִּיהָ לְהַגִּיד שֶׁהַשׁ' לֹא עָזַב עַמּוֹ וְנַחֲלָתוֹ עֲזִיבָה מוּחְלֶטֶת אֲמִנָּם יִרְמְיָהוּ דִּבֵּר מֵהַשְׁבָטִים אוֹתָם עַצְמָם שֶׁהָלְכוּ בַּגּוֹלָה שְׁמָּהֶם בִּפְרָטִיּוּתָם לְרוֹב פְּשָׁעֵיהֶם שִׁלָּחָם יי' מֵעַל פָּנָיו וְנָתַן בְּיָדָם סֵפֶר כְּרִיתוּת וכו' *Rectius autem est in oculis meis hæc sic explicare, quòd Propheta Esaias loquatur de populo in universalitate sua* (in genere) *atque ideò dicat*, Ubi est ille libellus dimissionis, quo dimiserim matrem vestram; *ad indicandum, quòd Deus non dereliquerit populum suum, & hæreditatem suam derelictione absolutâ: Jeremias autem de decem tribubus illis quæ in captivitatem abierunt, & quos ex illis in particularitate sua* (in specie) *propter multas prævaricationes ipsorum dimisit à facie sua, & in quorum manus dedit libellum dimissionis; ut in deserto captivitatis consumerentur, & illic morerentur: Quod autem ad semen illorum attinet, illud non comprehensum fuit sub illa sententiâ, ideò dicit Jeremias nomine Dei*; Et vidi, quòd propter omnem fornicationem, quâ fornicata est aversa Israel, & ei libellum repudii dedi; *dum enim dicit*, כְּרִיתֻתֶיהָ Repudii sui, *innuit, se loqui de illis duntaxat, qui abierunt in captivitatem, non de toto populo in genere, quem vocat* אֵם Matrem: *hinc dicit mox Jeremias*; Et dixit Dominus ad me, Justificavit animam suam magis rebellis Israel, quàm prævaricatrix Jehúdah: Vade, & exclama sermones istos, ad Aquilonem, & dic, Revertere rebellis Israel, dicit Dominus, & non faciam cadere iram meam in vos, quia misericors sum, dicit Dominus, nec servo iram in sæculum. *His enim verbis significat, si tribus Israelis, quæ abductæ fuerunt in Aquilonem, se convertant, Deum non servaturum esse captivitatem ipso-*

2011 Ministerio de Cultura

rum in ſæculum, eò quod non dederit libellum dimiſſionis toti populo, ſed iis duntaxat, qui in captivitatem abducti fuerunt. Sed & alio modo loca iſta poſſunt explicari, quaſi diceret (Propheta Eſaias) הַבִּישׁוּ וְדִרְשׁוּ נוֹסַח הַגֵּט אֲשֶׁר נָתַתִּי לְאִמְּכֶם שְׁהִיא הַכְּנֶסֶת וְתִרְאוּ בּוֹ אִם הוּא מוּחָלָט אוֹ עַל תְּנַאי כִּי בִלְי סָפֵק הוּא עַל תְּנַאי וּבוֹ *Inſpicite & videte exemplar libelli repudii, quem dedi matri veſtræ, quæ eſt Synagoga vel Eccleſia, & ex eo videbitis, num abſolutus ſit, an conditionatus? procul dubio enim eſt conditionatus, de eo videlicet tempore, quo futuri ſunt mali & peccatores coram Domino, non abſolutus: hoc ſibi vult dum ait;* Et propter prævaricationes veſtras dimiſſa eſt mater veſtra; *vult enim dicere;* Cum conditione prævaricationum ſcriptus eſt libellus ille, non aliter. *Et huc referenda ſequens querela v. 2.* Cur veni ego, & nemo adfuit, *ſituti expoſui. Et cum hoc conſentit etiam quod Jeremias ſcripſit. Dicit enim primò v. 1.* Si dimiſerit vir uxorem ſuam, & diſceſſerit ab eo, & fuerit viri alterius, num revertétur ad eam amplius? annon prævaricando prævaricata eſt terra iſta? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, ſed revertere ad me, dicit Dominus. *Vult quippe dicere;* Divortium illud non eſſe derelictionem abſolutam, ſed conditionatam, quandiu ſc. duraverit prævaricatio illa, & peccatum illud. *Hinc dixit porrò ad eum Dominus in diebus Joſiæ Regis, v. 6.* Vidiſtíne quæ fecerit rebellis Iſraël? abit ipſa ſupra omnem montem excelſum, & ſub omnem arborem viridem, & fornicatur ibi: Et dixi, poſtquam fecit omnia iſta, Revertere ad me, & non eſt reverſa; *quaſi diceret; Totum malum inde fuiſſe, quòd perſtiterint decem tribus in peccato ſuo, neque ſe converterint; quinimò etiam filii Jehudah, vias ipſorum malas didicerint: hoc eſt quod ait,* Et vidit prævaricatrix ſoror ejus Jehudah. *Propter hoc ait,* Et vidi etiam, quòd licet videret, quòd propter omnes fornicationes, quibus prævaricata eſt rebellis Iſrael, dimiſi eam, dediſque ei libellum repudii ſui. *Vult enim dicere;* Libellum repudii ejus non fuiſſe abſolutum, ſed *propter omnes fornicationes quibus fornicata eſt*, q. d. *quamdiu perſtituri ſint in peccato ſuo, tamdiu duraturam dimiſſionem, & vim ſuam habiturum libellum repudii. Hinc præcepit Prophetæ, ut monéret eos;* Revertere rebellis Iſrael, dicit Jehovah, & non cadere faciam iram meam in vos, (*quo intelligitur continuatio & perpetuitas libelli divortii*) quia ſanctus ego, neque in perpetuum ſervo iram. Hactenus ille.

In hunc

2011 Ministerio de Cultura

In hunc ſenſum ſcribit in Argumento capitis 34. Prophetæ Ezechielis, fol. 200. col. 2. *Quemadmodum Edomæi* (Chriſtiani) *lætantur in ruina Iſraëlis: ſic illi, & cæteræ gentes, quæ poſſident terram Iſraëlis, reportabunt ignominiam & vaſtationem ſuam; terra autem Iſrael benedicetur in populo & proventu ſuo;* כִּי הִנֵּה לֹא נִיתַּן לָהּ מֵאֵת הָאֱלֹהִים סֵפֶר כְּרִיתוּת אֲבָל הָיָה עֲנִינָהּ בְּטוּמאת הַנִּדָּה שֶׁבְּזִמַּן דָּמָהּ יִתְרַחֵק מִפֶּנָּה בַּעְלָהּ וְאַחֲרֵי טָהֳרָתָהּ תָּשׁוּב לְיָמֵי עֲלוּמֶיהָ *nam ecce non datus eſt illi à Deo libellus divortii, ſed ea eſt ejus ratio quæ mulieris immundæ, à qua tam diu ſe maritus ejus ſeparat, quamdiu immunditia ejus durat, redeunte autem ejus munditiâ, redit maritus, &c.*

His ergo ſic poſitis & præmiſſis, dicimus; cùm Lex Dei nos potiùs מַדְרֵכֶת בְּדַרְכֵי הָאֱלֹהִים *incedere doceat & jubeat in Viis Dei*, quàm בְּדַרְכֵי הַטֶּבַע *in viis Naturæ*; Deus autem, ex ſententia Abarbenelis, Eccleſiam ſuam nunquam totaliter & finaliter à ſe expellat, nec unquam abſolutum ei libellum repudii mittat, annon ſic potiùs Dei ductum ſequi, & ejus exemplo abſtinere debeamus à libello divortii dando, quàm ad imitationem Materiæ & Formæ naturalis, ſubinde mutare? hæc enim ſimilitudo nuſpiam nobis in Sacra Scriptura proponitur, neque ullibi per eam Conjugii corporalis ratio & conditio declaratur, ut id fit per typum Conjugii Spiritualis inter Deum & Eccleſiam.

Et ſic diſcuſſæ quoque ſunt Rationes iſtæ Abarbenelis, qui ubique cæteris Hebræis vult eſſe oculatior & acutior. Satis etiam, pro inſtituti noſtri ratione, de Secunda hujus Diſſertationis parte. Breviter etiam aliquid jam dicendum, de Tertia quæſtione propoſitâ.

PARS III.

I.

QUâ formâ, quove jure, Joſephus (Sponſus) Mariam deſponſatam ſuam, non παραδειγματίσαι, ſed λάθρᾳ ἀπολύσαι, clàm dimittere voluerit?

Matthæi cap. 1.

2011 Ministerio de Cultura

Variæ hîc Interpretum occurrunt ſententiæ; ob ambiguitatem verbi ἀπολύσαι, & additum adverbium λάθρα, *Clam.*

Certum & indubitatum puto, cùm Joſephus uterum Mariæ animadvertiſſet, illum de Caſtitate ejus primò dubitaſſe, & proinde de Repudio, ſeu de non copulandâ ſibi, per Nuptiarum ſolennitatem, deſponſatâ ſuâ, cogitaſſe. Hinc enim dicit Angelus ad eum; Μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαρίαμ. *Ne metue accipere Mariam.* Cur n. *metuebat* Joſephus? 1. quia parum honeſtum erat ſponſam fornicariam ducere, & ut Hebræi ajunt, ova colligere quæ non pepererat: *deinde*, quia ſuprà vidimus, Lege inter Judęos cautum fuiſſe, ne quis cum uxore fornicaria aut adultera cohabitaret, ſed eam dimitteret.

Incertum & dubium, Qualenam fuerit illud divortium, quod moliebatur Joſephus?

1. *Quidam* ergo exiſtimant, Joſephum de Mariâ deſerendâ, & ſibi exilio q. ſpontaneo indicendo, conſilia animo ſuo agitaſſe, ut & Mariæ honori conſuleret, & ipſe quoque ignominiam evitaret.

2. Alii de Maria clàm dimittendâ, & à ſe ablegandâ, id accipiunt. Hoc ipſum verò iterùm diverſimodè intelligunt.

Nonnulli enim de Maria vel domum Parentibus remittendâ, vel aliò, ubi ſc. ignota eſſet, ablegandâ; & ſic Sponſione clàm inter Joſephum & Ipſam reſcindendâ: Alii autem, de illâ, ſecundum Leges & conſuetudines Judæorum uſitatas, dato ſc. libello, repudiandâ, dictum hoc volunt.

Singulæ hæ ſententiæ ſuos habent Patronos. Nobis, citra cujuſquam tamen prejudicium, Ultima ſententia maximè vero ſimilis & conſentanea videtur.

2.

Nam quod ad Primam ſententiam attinet, illa neque cum Ritibus & Legibus Hebræorum congruit, neque Rationi eſt conſentanea. Ubi enim quæſo traditum, ut in tali caſu hujuſmodi quis conſilium capiat? Et num hac ratione vel Mariæ vel Joſephi honori conſultum fuiſſet? Non Mariæ honori certè; quia uterus ſic nec occultari, nec excuſari potuiſſet, quin illa paſsim in ore vulgi traduceretur, imò ad Judices adduceretur. Inquirendum utique fuiſſet & in Graviditatem Mariæ, & in Cauſam diſceſſus Joſephi.

2011 Ministerio de Cultura

Josephi. Quis hîc prætextus obtendi potuisset? An profectio aut peregrinatio longinqua? Atqui hanc legitimè suscipere non potuisset sine scitu & consensu Sponsæ suæ, adeoque etiam Parentum ipsius. An verò cuiquam persuaderi potuisset, Mariam vel Parentes ipsius, veniam ei discedendi concessuros fuisse, à quo impręgnata postmodùm credi debuisset? Hoc enim faciendum fuisset, si Mariæ crimen, de quo suspecta erat, honesto aliquo velo tegi debuisset. Quin imò neque hoc satis fortasse fuisset ad ipsius excusationem. In Ritualibus enim Hebræorum reperio Canonem, quo cavetur, si quis longinquam & diuturnam peregrinationem suscipiat, ut discessurus, in omnem eventum Libellum repudii uxori suæ scribat. Sic legitur in שלחן ערוך parte 4. Tit. הלכות גטין Num. 154. §. 8. אִם יָדוּעַ שֶׁהָאִישׁ רוֹצֶה לֵילֵךְ לְאֶרֶץ אַחֶרֶת יַשְׁבִּיעוּהוּ שֶׁלֹּא יֵלֵךְ אוֹ יִכְפּוּהוּ שֶׁיֵּלֵךְ יְגָרֵשׁ אוֹתָהּ לִזְמַן *Si constet, quòd vir velit proficisci in terram aliam, adjurabunt eum, ne abeat, aut saltem adigent eum, ut primò eam ad tempus in omnem eventum expellat.* Si aliter, clam videlicet, insciâ Mariâ & parentibus ejus, discessum molitus fuisset, omnem culpam in se derivasset, quod non est viri boni, famam suam innocenter ita prostituere & prodigere.

3°.

Quod ad Secundam sententiam attinet, neque illa probabilitatis aliquam habet speciem. Sponsam, solenniter in præsentia testium, solenni benedictione, & festivitate, desponsatam, famâ publicâ pro tali agnitam, habitam, & celebratam; occultare, aut clàm ablegare, quî potuisset? An cum deprædicata Josephi integritate congruisset, hac ratione Mariæ crimen tegere & occultare? Aut, si maximè voluisset, non potuisset. Obstabant enim hîc Leges, quibus cautum est, ne quisquam, etiam desponsatam suam, aliter quàm in præsentia testium & tradito libello repudii, dimittat & expellat, ut sic non potuissent sponsalia inter ipsos clàm & privatim rescindi. Et, si Leges hæ maximè non fuissent, annon & amici, & Ecclesia, & Magistratus, annon Desponsationis testes, inquisivissent, quid de Maria factum esset, & quónam sponsa ista deveniisset, &c. Parentibus clàm remitti domum non poterat, sine vel libello repudii, vel actionis alicujus intentatione.

2011 Ministerio de Cultura

4.

Tertia itaque ſententia omnium mihi videtur veriſimillima, quòd Joſephus Mariam, ſecundum Leges & conſuetudines Judæorum, dato libello repudii, dimittere & repudiare voluerit. Rationes ſunt hæ:

1. quia Sponſa legitima, ut ſuprà vidimus, non aliter dimitti potuit. Non eſt autem probabile, Joſephum, virum juſtum, pium, & Legum obſervantem, Leges Judæorum receptas tranſgredi voluiſſe; ſed id potiùs facere, quod illæ vel præcipiebant, vel permittebant.

2. quia iterum diſerta extabat Traditio juris, ſi quis in Uxore vel Sponſa reperiat ערות דבר Turpitudinem aliquam, maximè Pudicitiæ virginali vel muliebri adverſam, & eam proptrea expellere à ſe velit, ut id faciat Libello repudii, & iis ceremoniis, quæ ex parte ſuprà fuerunt expoſitæ. Cùm itaque Joſephus hîc hujuſmodi Turpitudinem in Maria deprehendiſſet, quæ Caſtitatem & Pudicitiam ejus ipſi ſuſpectam redderet, an credibile quæſo eſt, illum de alia via eam deſerendi cogitaſſe, quàm de ea, quam Leges & ſtatuta Moſis & Doctorum ei oſtendebant, & præſcribebant.

3. Favet huic ſententiæ verbum Ἀπολύειν, quod Evangeliſta adhibet, quod in Cauſis matrimonialibus vix aliam ſignificationem admittit, quàm *Diſſolvere*, ſc. conjugium vel ſponſionem, modo legitimo & uſitato, h. e. *Dimittere per legitimum divortium, ſecundum Leges ſc. & conſuetudines.* Vocabula autem ſunt pro ſubjecta materia accipienda & intelligenda. Qui privatim aliquam deſerit & derelinquit de facto, is non benè dicitur Ἀπολύειν *Diſſolvere*, vinculum ſc. matrimonii, præſertim in gente Judaicâ, Legum & ſtatutorum tenaciſsimâ. Id potius eſt Rumpere, quàm Solvere. Neque etiam alio ſenſu Scriptores Novi Teſtamenti vocem hanc uſurpant. Vide Matth. 5. v. 31. 32. & 19. v. 3. 7. 8. 9. Marci 10. v. 2. 4. 11. 12. Lucæ 16. v. 18. Quin &, ſi ad voces Hebraicas attendamus, quibus hæc vox reſpondet, ſive in Stylo Biblico & purè Hebraico, ſive in ſtylo, tempore Chriſti inter Judæos familiari & uſitato, iterum non alium poterimus ex hac voce ſenſum elicere. Ἀπολύειν Græcè hîc idem eſt quod aliâs ἐξαποστεῖλαι, Hebraicè שִׁלַּח. Hoc verò in materia Conjugii & Divortii iterùm non aliud ſignificat.

2011 Ministerio de Cultura

significat, quàm legitimè, dato libello à se dimittere, amittere, Deut.22. v.19.29. & 24. v.1.2.4. Jer.3. v.1.8. Jes.50. v.1. in quibus locis LXX. Græci usurparunt verbum ἐξαποστέιλαι, eodem sensu. Sic Chaldæi & Rabbini usurpant *verbum* פטר, quod eundem sensum habet, ut in Lexico videre est. De Desertione vel Dimissione aliâ, ista verba nunquam leguntur in hac materia.

5.

Quî verò, inquiat aliquis, *dicit Evangelista, Josephum voluisse* clàm *dimittere Mariam, si hæc dimissio de Libello divortii intelligenda?*

Ratio dubitandi est, quòd nec ratione Sponsalium, nec ratione Repudiorum, clandestina Dimissio locum habere queat.

Desponsatio enim fiebat adhibitis testibus, datis arrhis, consecratione, confirmabatur conviviis & aliis festivitatibus. Itaque clàm retractari aut tolli non poterat.

Repudii etiam libellus scribendus erat solenniter, in præsentia testium tradendus: persona repudiata permittebatur iterum alii cuivis sponso seu marito, &c. uti hæc omnia suprà ex Hebræis sunt explicata. Quomodo ergo *clàm* hoc fieri potuisset, ut non statim omnibus & toti q. mundo innotesceret? quid clandestina traditio libelli juvisset, cùm res celari non posset?

℟. Particula seu Circumstantia hæc (λάθρᾳ *Clàm*) non respicit propriè ad sequens Verbum Ἀπολύσαι; sed opponitur præcedentibus verbis, quibus dicitur, quòd Josephus noluerit eam παραδειγματίσαι *Publicè & ignominiosè traducere.* Itaque ut intelligamus, quid illud λάθρᾳ *Clàm* sibi velit, priùs tenendum quid sit hoc παραδειγματίσαι. Hoc verò quid sit, non tam ex vi vocis seu verbi ipsius intelligimus, quod *Publicam & exemplarem alicujus, eamq; ignominiosam & cum infamia conjunctam, expositionem* significat, & Hebræis גָּלוּי vel פָּרֻסִים (quamvis generalioribus, neque ita emphaticis) respondet; quàm si consideremus; Quid in tali casu, de Sponsa sic deprehensâ, & ad Judices delatâ, secundum Leges & statuta Hebræorum, fieri debuerit? Casus talis est: Josephus cùm hæc animo secum volveret, omninò adhuc de Castitate sponsæ suæ dubitasse, & suspectã eã habuisse videtur, quòd ab alio gravida facta fuerit. Quid itaq; faciendum ipsi erat? Vel *Ducenda* erat, & injuria hæc concoquenda atq; tegenda, vel *Dimittenda.*

Ducere

2011 Ministerio de Cultura

Ducere ſcienter gravidam ab alio, nec licitum erat, nec honeſtum. Non licitum: ſuprà enim vidimus, cum Uxore ſive ſponſa (nam utriuſque eadem eſt ratio) notoriè adulterâ, in matrimonio vivere non licere Judæo: gravidam etiam ab alio ducere non licebat, niſi poſtquam peperiſſet, & infantem quoque ablactaſſet. Non honeſtum; quia, ſi res hæc in vulgus emanaſſet, quòd Joſephus ſponſam duceret ab alio gravidam, & ſpurium fœtum ſcienter ſibi vendicaret & educaret, id ſumma cum ipſius infamia & dedecore conjunctum fuerat. Hinc eſt, quòd nonnulli volunt, illum, hujus ignominiæ vitandæ causâ, ſe ſubducere, & in regionem aliquam, in qua ignotus fuiſſet, conferre ſe voluiſſe.

Dimittere itaque voluit eam. Hîc verò duas præ ſe vias habebat, *Rigoris*, ſeu *Stricti juris* unam, Ἐπιεικείας alteram.

Rigoris via erat, Rem ad judices deferre, & illis cognitionem ejus committere, ut pro qualitate criminis in ipſam animadverteretur. Sic Joſephus Mariam coactus fuiſſet Judici indicare, eam accuſare, probationes dein ſuas proferre, ſuam innocentiam aſſerere, & ſufficienter demonſtrare, atque ipſam ream Judici ſiſtere. Judicis officium fuiſſet, inquirere, num ante vel poſt deſponſationem Maria compreſſa fuerit! Si ante deſponſationem, actionem amiſſæ Virginitatis Mariæ intentare poterat, & Parentibus ejus, qui vitiatam pro Virgine ipſi venditarint, de qua Majemonides in הלכות אישות cap. 11. Quamvis enim hæc actio propriè ſit eorum, qui, per nuptiarum ſolenna, & carnalem conjunctionem, fraudem hanc deprehendunt; tamen & hîc locum habere poterat: quia amiſſam Virginitatem uterus prodebat & probabat. Et hac ratione, ſecundum Legem, ad oſtium domus Patris ſui ducenda, & lapidanda illic fuiſſet, Deuter. 22. v. 20. 21. aut certè illi tradenda, à quo vitium paſſa & gravida facta fuerat, ſi mitiſsimè agendum fuiſſet, Ibid. v. 28. 29. Si poſt deſponſationem, diſpiciendum erat, num in urbe, vel in agro; Si in urbe, & ipsâ volente, nec clamante, ad portam urbis educenda, & lapidanda fuiſſet; Si in agro, & vim ipſa paſſa fuiſſet invita & reluctans, ipſa quidem impunis erat, & dimittebatur; Joſephus tamen ex alio gravidam, Sponſam habere, vel ducere, honeſtè non poterat, nec proculdubio volebat. Videatur Deuter. 22. 23. & ſeqq. Hæc omnia utique

2011 Ministerio de Cultura

utique ſine inſigni & publica infamatione, exemplariſque traductione Mariæ, ſine maximo etiam Parentum, & totius familiæ ipſius probro fieri non poterant. Joſephus itaque tanquam vir δίκαιος, h. e. pius, bonus, lenis, manſuetus, id vitare voluit, partim quòd veteris veſtigia flammę adhuc ſentiens, commiſeratione proculdubio erga Mariam tangeretur, & hinc ex ejus vel infamiâ vel pœnâ, non voluptatem ullam capere poſſet; partim quòd non ſine propriæ quoq; famæ diſpendio, ſine magnis etiam moleſtiis, negotium hoc à ſe ſuſcipi poſſe animadverteret. Atque hoc eſt, quod hîc intelligitur, quando dicitur, *Joſephum noluiſſe Mariam παραδειγματίσαι.* Quid itaque? Cùm via hæc juris & rigoris ipſi non placeret, voluit ſequi mitiorem.

Mitior autem & Ἐπιεικείας via erat *Repudii*, per Libellum ſolennem & uſitatum. Hac enim Mariæ honori atque ſaluti, quantum in ſe erat, & bono titulo poterat, conſulere aliquo modo potuit, crimenque, cujus, ſuâ quidem opinione, rea tenebatur, tegere & occultare. Via hæc non ſolùm mitior ac lenior, ſed &, comparatè vel oppoſitè ad alteram, *Clandeſtina* rectè dici poteſt: quia ſic non neceſſe habebat Rem ad Judices deferre, Mariam diffamare, aut Cauſſam Repudii & dimiſſionis exponere. Ea enim, ut ſuprà vidimus, non exprimi ſolebat in Libello, neque etiam rigidè requirebatur à marito, niſi fortè ſponte eam diceret. Simile aliquo modo exemplum legi in Quæſtionibus & Reſponſis ſive Conſiliis R. Meir Paduani fol. 80. ubi talis ei caſus propoſitus; *Uxor Rubenis narravit marito ſuo, quòd cum Simeone ante multos annos rem habuerit, cùm hucuſque habita fuiſſet à Rubene pro pudica & caſta: Dubius itaque, num verbis illius credere debeat, nec ne, conſuluit quoſdam Doctores, qui conſuluerunt ei, ut ejiciat ſeu repudiet eam, quod fecit;* וְלֹא אָמַר לָהּ מִשּׁוּם שֵׁם רַע אֲנִי מְגָרְשֵׁךְ *Non tamen dixit, quod propter Nomen malum ſeu impudicitiam ejiciat eam*; volens ſc. honori ipſius conſulere hoc medio.

Itaque λάθρᾳ ἀπολύσαι *Clàm Dimittere*, nihil aliud eſt, quàm quòd Joſephus noluit Mariæ crimen ignominiosè divulgare, ad Judices deferre, accuſatorem ejus agere; ſed, *nullâ expoſitâ cauſsâ*, niſi quòd ſic ipſi videretur, *ſine infamia*, eam conſueto more, dato Libello repudiare, & res ſuas ſibi habere jubere, negotiumque totum, ſeu regendum, ſeu tegendum, vel excuſandum, Mariæ ipſi,

2011 Ministerio de Cultura

aut Parentibus & Amicis ejus committere. Et sic faciebat, quod secundum Leges Judæorum justum & rectum, secundum Legem charitatis humanum erat. Unde & hoc respectu non immeritò nomen Δικαίου ipsi tribuit Evangelista.

6.

An verò, inquiat aliquis, Justitiæ Josephi hîc celebratæ, ejusq; Pietati non adversatur, quòd Crimen Mariæ, cujus ipse conscius erat, non indicare, sed quantum in se erat, occultare potiùs studuerit?

Ratio dubitandi est, quòd Levit. cap. 5. v. 1. doceri videatur, quòd si quis criminis alicujus spectator, aut aliâ ratione conscius, testisq; fuerit, & illud non indicaverit, portet iniquitatem suam.

R. Scio variè hunc locum ab Interpretibus exponi; præcipui tamen Interpretes illum exponunt de eo, qui pro testimonio dicendo à Judice compellatus, dicere renuit id quod vel vidit, vel audivit, vel intellexit: quamvis & hi diversimodè in eo, quòd *alii* vocem אלה *Juramenti, Execrationis*, sumant pro *Adjuratione*, quâ Testis à Judice ad testimonium dicendum adjuratur; *alii*, pro *Juramento, Execratione* per Abusum Nominis divini, quam testis audiverit, aut intellexerit, explicent.

Qui priori sensu accipiunt, sic locum illum explicant; וְנֶפֶשׁ כִּי תֶחֱטָא וְשָׁמְעָה קוֹל אָלָה וְהוּא עֵד אוֹ רָאָה אוֹ יָדָע אִם לוֹא יַגִּיד וְנָשָׂא עֲוֹנוֹ *Anima cùm peccaverit, & audiverit vocem Adjurationis,* (vel Jurisjurandi à Judice sibi propositi) *ut sit Testis, qui aut viderit aut sciat aliquid, tùm, si non indicaverit, feret iniquitatem suam.* Sic explicat Abarbenel: וְהַמִּצְוָה הַזֹּאת הִיא גַּם לְעַם הָאָרֶץ שֶׁשָּׁמַע קוֹל אָלָה ר"ל שֶׁיַּשְׁבִּיעוּהוּ בִּשְׁבוּעַת הָאָלָה אִם יָדַע בְּעֵדוּת אוֹ אִם רָאָה שֶׁאִם לֹא יַגִּיד מָה שֶׁרָאָה אוֹ שָׁמַע וְנָשָׂא עֲוֹנוֹ וְזֶהוּ בְּשִׁהְיוֹתוֹ בְּמָוִיד מְכֻסֶּה עֵדוּתוֹ וְלֹא יַגִּידֶנּוּ *Præceptum hoc*, inquit, *itidem est datum homini privato, qui audit vocem Execrationis, quòd scilicet adjurent ipsum* (Judices) *per Juramentum execrationis, utrum sciat testimonium, aut viderit; ut, si non indicaverit id quod vel vidit vel audivit, ferat iniquitatem suam; si nimirum obstinatè & protervè occultet testimonium suum, & id non indicet.* Sic etiam Ramban, R. Levi Ben Gerson, R. Bechaj, Aben Esra, & alii. Probant hanc expositionem inde, quòd hîc sermo sit de Teste: Testis autem nullus sit extra Judicium: necesse itaque esse de Judicis adjuratione ad Testimonium dicendum, hoc intelligere.

Qui

2011 Ministerio de Cultura

Quî posteriori sensu vocem אָלָה sumunt, sic interpretantur; *Anima quùm peccaverit, & audiverit Vocem Juramenti, Blasphemiæ, & sit Testis*, (& pro Teste producatur, vel appelletur, sc. coram Judice) *quòd (eam) vel viderit, vel cognoverit; tùm, si non indicaverit, feret iniquitatem suam.* Quomodocunque sumatur, sensus eodem redit, de eo sc. qui pro testimonio dicendo vocatus, testimonium suum scienter supprimit. Nihil itaque ad rem.

Cæterum, quod ad *Justitiam* Josephi hîc celebratam attinet, certum est, non strictè hîc sumi pro ea virtute, quâ suum cuique tribuitur, vel id quis facit, quod secundum rigorem juris requiritur, sed latius more Hebræorum, ut id satis ab eruditis in Evangelistam Interpretibus est demonstratum. Addemus hîc tantùm, quod de vocis צְדָקָה significatione scripsit R. Moses ben Majemon in More nevóchim par.3. cap.53. צְדָקָה Justitia, inquit, *derivatur à* צדק, *quod significat* יוֹשֶׁר *seu Rectitudinem.* יוֹשֶׁר *autem, seu Rectitudo est, ut unicuique relinquatur & tribuatur, quod ei debetur, & ut unicuique enti tribuatur secundum quod ei convenit. In libris Prophetarum non vocantur ea, quæ secundum priorem sensum aliis dare & præstare tenetis*, Tzedakah *Justitia, quando ea persolvis: nam cùm solvis mercedem mercenario, vel creditori reddis debitum, id non vocatur* צְדָקָה Justitia; *sed illud, quod Virtutis & Honestatis solius causâ facis; ut cùm pauperem aliquem à suo vulnere curas & sanas, id vocatur* צדקה Justitia. *Hæc de causa dicitur de restitutione pignoris*; Et erit tibi צדקה Justitia, Deuteron.24.v.13. *Nam cùm in via honestorum morum & virtutum incedis, Justitiam exerces erga animam tuam intelligentem: quia persolvis ipsi debitum ejus. Hinc omnes Virtutes vocantur* צדקה Justitia; *ut*, Et credidit Deo, & reputatum est ei pro Justitia, Genes.15.7. *ubi* Fides *vocatur* Justitia. *Sic dicit Moses*; Et justitia erit nobis, cùm custodiverimus, ut faciamus omnia præcepta ista, &c. Deut.6.25. Et mox. *Sic itaq; patet*, Chesed *dici de mera Beneficentia & Benignitate:* Zedakáh *de Bono, quod fit Virtutis & Honestatis causâ, ad perfectam reddendam animam.* Hæc ille.

2011 Ministerio de Cultura

In gratiam Rabbiniſmi ſtudioſorum & cultorum, placuit hîc ſubjungere aliquot Formulas Deſponſationum & Divortiorum, quarum in Diſſertatione facta mentio & promiſſio:

נוסח שטר הרשאת שידוכין

מעידים אנחנו חתומ מה שהיה לפנינו היום ° יום פלו' כך לחדש פלו' כך לפ"ק למנין שאנו מונין פה ויניציאה מתא דיתבא על נהרי פלו' ופלו' איך בא לפנינו הנשא כמ"ר ° פלו' בכמ"ר פלו' ואמר לנו היו עלי עדים נאמנים וקנו ממני בקנין גמור ואגב סודר וכתבו בכל לשון של זכות וראיה וחתמו ותנו ליד פלו' ° בכמ"ר פלו' למען יהיה ביזו לעדות זכות ולראיה ברורה איך מרצון נפשי הטוב בלי שום אונס וחכרח כלל רק בלב שלם ובנפש חפצה ובדעת צלולה ומיושבת הנני מקנה לו ארבע אמות קרקע בחצרי בכל מקום שהם ואגבן ואגב קנין סודר הפקדתיו והשלטתיו ומניתיו שליח ומורשה ממני לשדך ולארס לי מרת פלו' ° בת כמ' פלו' הדר בעיר פלו' ומעתה ומעכשיו הנני נותן לו רשות ושולטנות וזכות ויכולת עלי לידור בעדי ובשמי ולשעבדני בכל התנאים השייכים בין המשדכים הן לתת זמן ונכול לגשואין בע"ה הן מכל יתר הענינים הנהוגים באיטאליה הן מסך הנדוניא ומכל דבר אחר כיד ה' הטובה עליו וכפי ראות עיניו ובכל מכל כל תהיה ידו כידי ופיו כפי ושעבודו כשעבודי וכל מה שיעשה בשמי בעסק הנ"ל יהיה מאושר ומקויים ממני כאילו עשיתיו אני ממש וימשך זמן הרשאה הואת בידו עד ° כל זמן פלו' וכך אמ' לנא עדים חתמ כמ ° פלו הנ"ל שטר הרשאה זו כתבוהו בשוקא וחתמוהו בבראי כי היכי דלא ליהוי כמלתא טמירתא אלא גלוי ומפורסם לכל וכתבוהו וחתמוהו אפילו עד מאה פעמים עד דליפוק מתחות ידיכון שטר הרשאה חד עשוי ככל תקון חזל וימטי ליד כמ' פלו' ° דלא כאסמכתא ודלא כטופסא דשפרי ויעשה ממנו דין נחוץ בכל מקום ובכל זמן בין בדי"ן בין בדאה"ה בדיני ישראל כאלו נעשה בכל תקון חזל ובדינהם נ"כ כאלו נעשה בכל תקוניהם בחצריהם ובטירותם על ידי ספרא דמתא מפורסם ובפני שופט העיר ובמקום המשפט ולא יפסל ולא יבטל ולא

2011 Ministerio de Cultura

ולא ינרע כח הרשאה זאת לא מחמת חסור או יתור לשון או תיבה או אות או
מחק או גרר או טפת דיו או קרע שאינו קרע ב"ד או משום דבר אחר שבעולם
ולא מחמת לשון דמשתמע לתרי אנפי אלא הכל יהיה נדון לזכות ולתועלת
ויפוי כח השטר וזכות ויד ושם לכ"מ פלו' ° הנ"ל או הבא מכחו' ואחריות חמר
שטר זה קבלתי עלי כאחריות חמר כל שטרי הודאות ושעבודים הנהוגי' בישראל
העשויין ככל תקון חז"ל וכתנאי דבני גד ובני ראובן ' עוד בפנינו עדים ד"ם
בטל כמ"ר פלו' ° הנ"ל כל מודעי ומודעי ומודעי דמודעי ומודעי דנפקי מנו
מודעי דמודעי עד סוף כל מודעי דעלמ' ושמסר או שעתיד למסור נגד שטר
הרשאה הזא מן יומא דנן ולעלם בכל לישני דאמרי רננן דמבטלי בהון מודעי
ותנאי ' וקנינא ' מיד כמ"ר פלו' הנ"ל ליד פלו' ° הנ"ל במנא דכשר למיקניא ביה
ביום וחדש ופרט הנז' והכל שריר וקים :

פלו'	עד
ופלו'	עד

EXEMPLAR LITERARUM, QUIBUS quis Poteſtatem alteri dat, aliquam ſuo nomine ambiendi, & ſibi deſponſandi per שדוכין *Deſponſationem privatam.*

NOs infrà ſcripti teſtamur, accidiſſe coram nobis hodiè, die N. menſis N. juxta ſupputationem minorem, quâ numeramus hîc Venetiis, urbe ſitâ ad fluvios N. N. ut venerit ad nos Excellentiſsimus Dominus Doctor N. filius Excellentiſsimi Domin. N. (*Procurator ſcil. qui poteſtatem dedit*) dixeritque ad nos; Eſtote mihi teſtes fideles, & emite à me emptione abſolutâ cum Sudario, ſcribiteque (eam) in omni optima forma (*de verbo ad verbum*; in omni linguâ juſtitiæ & probationis) & obſignate atque date eam in manum ת"ה N. filii N. quò ſit in manu ejus pro teſtimonio ſufficientiſsimo, & probatione clariſsimâ; quòd ego liberrimâ meâ voluntate, ſine ulla vi & coactione, corde perfecto, animo lubentiſsimo, & mente clariſsimâ atque conſtante; quòd, inquam, emptione tradam ei quatuor jugera terræ in villa mea, in qua illa ſunt: & cum illis, cumque emptione ſudarii ſolenni, conſtituam, & ordinem illum Procuratorem & plenam à me poteſtatem habentem, ambiendi & deſponſandi mihi Martham

2011 Ministerio de Cultura

filiam tã N. habitantem in urbe N. & ab hoc instanti do ipsi facultatem, potestatem, & potentiam meo loco, pro me, & meo nomine spondendi, meque subjiciendi vel obligandi: (*Hebraicè* ולשעבדני *Et servituti me subjiciendi*) omnibus inter despondentes convenientibus conditionibus, tùm de tempore & termino nuptiarum, & reliquis rebus omnibus in Italia consuetis, tùm de summa dotis, cæterisque omnibus, prout Deus ipsi gratiam daturus est, & bonum ipsi videbitur: In omnibus, & per omnia, erit manus ejus sicut manus mea, & os ejus, sicut os meum, & obligatio ejus sicut obligatio mea: (*Hebr.* וישעבדו כשעבודי *Et subjectio servitutis ipsius, sicut servitutis subjectio mea.*) quicquid nomine meo fecerit in negotio suprà dicto, erit à me firmum & ratum, perinde ac si ego ipsemet fecissem illud, durabitque tempus potestatis hujus in manu ejus usque ad tempus tale & tale N. N. Dixit itaque nobis testibus suprà memoratis; Diploma hoc scribite in platea, & obsignate illud in agro, (*publicè*) ne res sit in occulto, sed publica & nota quibuslvis; scribiteque & obsignate illud centenis etiam vicibus, donec egrediatur è manibus vestris diploma factum secundum omnia præscripta sapientum nostrorum, perveniatque in manum tã N. (Procuratoris) non instar vulgaris formulæ, vel copiæ literarum: & ex eo decernatur promptè & celeriter in quovis loco, & quovis tempore, tùm in curiis & judiciis Israelis, tùm in judiciis Christianorum; & in judiciis quidem Israëlitarum habeatur, ac si esset conforme omnibus statutis & juribus Sapientum nostrorum; in judiciis Christianorum, ac si factum esset secundum omnia statuta consueta in atriis & curiis ipsorum, per manum Secretarii publici urbis, coram prætore & judicio: neque vel irrita reddatur, vel tollatur, vel imminuatur vis Potestatis hujus ulla specie aut prætextu; non propter aliquid vel deficiens vel redundans in formula Sermonis, nec propter dictionem, aut literam aliquam; propter nullam lituram, vel rasuram, vel maculam atramenti; non propter scissuram quæ non sit facta in judicio; non propter ullam aliam rem in mundo; imò nec propter formulam aliquam loquendi, quæ alium sensum possit admittere: sed omnia judicentur pro valore, utilitate, & bonitate Potestatis in diplomate comprehensæ, & pro manu & nomine tã N. (Procuratoris) aut ejus subdelegati, qui ab ipso venerit. Et

sponsio-

2011 Ministerio de Cultura

ſponſionem atque cautionem omnis damni, hujus diplomatis causâ, ſuſcepi in me juxta vim cautionum & ſponſionum omnium Contractuum, confeſsionum, & obligationum (*Hebr.* שעבודים *Servitutis ſubjectionum*) conſuetarum inter Iſraëlitas, factarum accuratiſsimè ſecundum omnia requiſita Sapientum, & ſecundum conditiones filiorum Gad & filiorum Ruben. Inſuper in præſentia noſtra, teſtium nimirum, renuntiavit ó N. (Poteſtatem largiens) omnibus aliis confeſsionibus ſuis, & confeſsionum confeſsionibus, &c. in infinitum, quas vel tradiderit jam, vel traditurus ſit & tradere poſſet contra hoc diploma, à die hoc & uſque in perpetuum, omnibus optimis formis, quas Rabbini noſtri habent, quibus omnes obligationes vel confeſsiones, & conditiones abroganter & tolluntur. Hæc emptio (tradita eſt) è manu ת״ה N. (Poteſtatem largientis) in manum ת״ה N. (Procuratoris) prout fieri decet, die & menſe ut ſuprà. Omniaque hæc ſint firma & rata.

Nomina teſtium, N. N.
N. N.

נוסח שטר שירובין

אלה דברי הברית אשר כרתו ובאו בפשרה אחת יחד המפואר ר׳ פלו׳ מורשה מכמ״ר פלו׳ כנראה בשטר הי שאה נעשה ככל תקון חזל כך לחדש פלו׳ למנין שאנו מונין פה זיניציאה וחתום שטר הרשאה הנ״ל מיד פלו׳ ופלו׳ על אודות הבחורה מרת פלו׳ להשיאה אל הנחור כמ״ר פלו׳ ממקום פלו׳ ובעה״ח נבאר ונפרש פרטי התנאים אשר התנו ביניהם החלקים הנ״ל א׳ לא׳ למצוא חשבון ואל ישראל יצו את ברכתו במעשה ידיהם ויזכו לראות בבנים זרע ברוכי ה׳:

ואלה התנאים

ראשונה וכו׳ שנית וכו׳ שלישית וכו׳
רביעית וכו׳ עד שירצוה

ואלו הם הדברים אשר דברו באתינו אנחנו חתם כמ״ר פלו׳ וכמ״ר פלו׳ ואותנו צוו להעלות על ספר מוכרת מאת כל פרטי תנאיהם למען לא תהיה האמת בעדרת וחפץ ה׳ בידם יצלח: וכך אמרו לנו עדים חתם כמ״ר פלו׳ הנ״ל וכמ״ר פלו׳ הנ״ל שטר פרטי תנאים אלו כתבוהו בשוקא וחתמוהו בברא כי היכי דלא ליהוי כמלתא שמירתא אלא גלוי ומפורסם לכל וכתבוהו וחתמוהו אפילו עד

מארז

2011 Ministerio de Cultura

מאה פעמים עד דליפוק מתחורת ידיכון שטר תנאי חד עשוי ככל תקון חז"ל ויעשה ממנו דין נחוץ בכל מקום ובכל זמן בין בד"ין בראה ולא יפסל ולא יגרע כח שטר זה לא מחמת חסור או יתור לשון ולא לשום סבה אחרת רק הכל יהיה נדון ליפוי ולתועלת ולזכות לחלק המקיים ותמיד יהיה ידו על העליונה ובקנס מאה דוקטי מחצית לחלק המקי' וחציים לבית דין היוצא לכל אשר ימ"ה וימאן לבלתי הקים את כל פרטי הכתוב הזה : גם בפנינו עדים ח"מ בטלו כל א' מן החלקים הנ"ל כל מודעי ומודעי דמודעי ומודעי דנפקי מנו מודעי דמודעי עד סוף כל מודעי דעלמא שמסרו או שעתיד להמסר נגד שטר זה בכל לישני דאמרי רבנן דמבטלי בחון סודעי ותנאי : וקנינא מן דין לדין ומן דין לדין במנא דכשר למקני ביה ומה שהיה בפנינו ח"מ היה ביום פלו' כך לחדש ° פלו' כך לפ"ק למנין שאנו מונין פה ויניציאה וכתבנו וחתמנו פה שמותינו לעדות ולזכות ולראיה לכל זמן המצטרך לחלק המקיים ולתוספת חזוק יחתמו החלקים הנ"ל את שמם אחרי חתימתנו וחכל שריר וקים :

ולחר זה יחתמו העדים ובעל התנאי הנזכר :

FORMULA DIPLOMATIS DE-sponſationis privatæ.

HÆc ſunt verba fœderis, quod pepigerunt, & de quo tranſegerunt, Ornatiſsimus Rabbi N. Procurator, & Dominus N. (*Principalis, poteſtatem largiens*) uti videre eſt in Diplomate ſuperiore facto ſecundum omnia requiſita Sapientum noſtrorum, die & menſe anni, ut hîc Venetiis numeramus, & à teſtibus N. N. ſubſignato, propter Virginem Martham N. ad deſponſandam eam Juveni N. N. ex loco N. Quod itaque bono fiat omine, explicabimus conditiones particulares, de quibus convenerunt partes ſuprà nominatæ, ſigillatim, easque numeris comprehendemus. Deus Opt. Max. præcipiat benedictionem ſuam in opera manuum ipſarum, digneturq; eos, ut videant filios, ſemen benedictorum à Domino : Hæ autem ſunt conditiones, 1. 2. 3. 4. & quouſq; illis viſum fuerit.

Hæc autem ſunt verba, quæ loquuti ſunt audientibus nobis infrà ſubſignatis, Dominus N. & Dominus N. nobisq; mandarunt, memoriæ causâ ſcripto conſignare omnes illas conditiones ſpeciales, ne veritas teſtimonio deſtituatur, ſed voluntas Domini

2011 Ministerio de Cultura

mini in manu ipſorum proſperetur. Sic ergo dixerunt nobis teſtibus infrà ſubſignatis, Dominus N. & Dominus N. ſuprà commemorati; Diploma particularium conditionum harum ſcribite in platea, & obſignate illud in agro; ne res ſit in occulto, ſed publicè nota omnibus: deſcribite quin etiam & ſubſignate illud etiam centies, donec egrediatur è manibus veſtris Diploma conditionum unum, factum accuratè ſecundum omnia requiſita: ſecundum illud pronuntietur ſententia promptè in omni loco, & omni tempore, tàm in Curiis Iſraëlitarum, quàm Chriſtianorum: neque illegitimum reddatur, vel diminuatur vis hujus diplomatis, propter aliquam redundantiam vel defectum in formulis, nec propter ullam aliam cauſam, ſed omnia judicentur pro bonitate, commoditate & utilitate partis (conditiones) ſervantis, cujus manus ſemper ſit ſuperior; idque ſub mulcta centum ducatorum, cujus dimidium cedat parti ſervanti, alterum dimidium, domui judicii, quod illud exiget à quovis qui contrà egerit, & ſtare noluerit omnibus comprehenſis ſcripto hoc. Quin & in præſentia noſtra, quęvis contrahentium pars aboleverunt & abrogârunt omnes confeſsiones, & obligationes, in infinitum, ſi quas vel jam dederint, vel daturi ſint, repugnantes diplomati huic, omnibus optimis formis, quibus hæ aboleri & irritæ pronuntiari ſolent à Rabbinis noſtris. Atque hic mutuus contractus, factus legitimè, quæque reliqua coram nobis ſubſcriptis peracta ſunt, acta ſunt die N. menſis N. juxta ſupputationem minorem, quâ numeramus hîc Venetiis, ſubſcripſimusque & ſubſignavimus nomina noſtra in teſtimonium, confirmationem, & probationem, quâ omni tempore uti poſsit, ſi neceſsitas exigat, pars ſervans: quin & majoris certitudinis & confirmationis loco, ſubſignabunt etiam partes contrahentes commemoratæ nomina ſua, poſt ſubſignationem noſtram. Omnia ſunto rata & firma.

N. N.

N. N. &c.

נוסח שטר אירוסין

בכך נשבת בכך ימים לירח ° פלו' שנת כך וכך לבריאת עולם למנין

בכך

א

2011 Ministerio de Cultura

שאנו מונין וכו׳ איך פלו׳ בן ° פלו׳ אמר לה ° לפלונית בת פלו׳ חזילי
ארוסה כדת משה וישראל ויהיבנא ליכי מוהר בתולייכי כסף זוזי מאתן דחזו
ליכי מראוריתא וצביאת ° פלונית וא והוות ליה לארוסה · וכן התנה לפלונית
ארוסתו לכתוב לה כתובתה בימי נישואיה כך וכך אמר ° פלו׳ דנן אחריות שטר
אירוסין זה קבלתי עלי ועל יורשי אחרי לפרוע שטר אירוסין זה ואפילו מן
נלימא דעל כתפאי בחיים ובמות : וקבל עליו פלו׳ ° זה אחריות וחומר שטר
ארוסין זה כאחריות וחומר כל שטרי ארוסין די נהינין בבנות ישראל וקנינא
מיד ° פלו׳ ליד פלו׳ בכל מה דכתיב ומפרש לעיל וכו׳ :

DIPLOMA DESPONSATIONIS publicæ & ſolennis.

IN tali ſabbato, tali die, menſis N. Anni talis & talis, à Creatione mundi, juxta ſupputationem, quâ nos utimur, &c. teſtatum facimus, quâ ratione N. filius ℞ N. dixerit ℞ N. filiæ ℞ N. Eſto mihi deſponſata juxta ritum Moſis & Iſraëlis, & do tibi dotem virginitatis tuæ, in pecunia ducentos ſlorenos, quæ tibi debentur ex Lege; & acquievit iſta Virgo N. fuitque ei deſponſata. Similiter etiam pactus eſt cum illa ſponſus ejus, ſe dotem debitam quoque ipſi ſcripturum in die Nuptiarum. Sic & ſic dixit ò N. iſte; Cautionis loco diploma hoc ſponſalium recepi in me, & pro hæredibus meis poſt me, ſolvendo iſtud diploma, etiam ex (pretio) pallii mei, quod eſt ſuper humeros meos, in vita & in morte: atque ita recepit N. (ſponſus) iſtam obligationem vel cautionem, gravitatemque diplomatis hujus, ſecundum cautionem & valorem quorumvis diplomatum ſponſalitiorum, conſuetorum inter filias Iſraëlis: contractusque hic factus eſt ſecundum omnia ſupra ſcripta, &c.

נוסח שטר כתובה

ברביעי בשבת בכך לחדש פלו׳ ° כך וכך לפ״ק למנין שאנו מונין פה
ויניציאה סתא דיתבא על נהרי פלו׳ ופלו איך כמ״ר פלו ° יצ״ו אמ׳
לה לסרת פלונית בתולתא בת כמ״ר פלו הוי לי לאנתו כדת משה וישראל ואנא
אפלח ואוקיר ואזון ואפרנס יתיכי כהלכת גוברין יהודאין דפלחין ומוקרין
וזנין

2011 Ministerio de Cultura

וזנין ומפרנסין לנשיהון בקושטא ויהיבנא ליכי מהר בתוליכי כסף זווי מאתן
דחזו ליכי מראורייתא ומזונייכי וכסותייכי וספוקיכי ומיעל לותיכי כאורח כל
ארעא וצביאת מרת ° פלונית בתולתא דא והות ליה לר״ פלו׳ חתן דנן לאינתו
ודא נדוניא דהנעלת לידה בין בכסף בין בוהב בין כתכשיטין בין כשימושי
דירה בין בשמושי ערסא סך הכל קבל עליו ר׳ פלו׳ חתן דנן בסך כך וכך
דוקאטי מהשמש טבי ותקולי וצבי ר׳ פלו׳ חתן דנן ואוסיף לה מן דיליה סך כך
דוקאטי מהשמש טבי ותקולי במתנה כי היכי דלהוו לה בין הכל סך ° כך
דוקאטי מהשמש טבי ותקולי בכתובתה׳ וכך אמר לנא ר״ פלו׳ חתן דנן אחריות
וחומר שטר כתובתא דא קבילית עלי ועל ירתאי בתראי לאתפרעה מן כל
שפר ארג נכסין וקנינין דאית לי תחות כל שמיא דקנינא ודעתיד אנא למיקנה
נכסין דאית לדון אחריות ואנבן דלית להון אחריות כלהון יהון אחראין
וערבאין למפרע מנהון שטר כתובתא דא קבילית עלי ועל ירתאי בתראי
באחריות ובחומר כל שטרי כתובות דנהיגי בבנות ישראל העשויים כתקון חזל
מן יומא דנן ולעלם דלא כאסמכתא ודלא כטופסי דשטרי וקנינא מן ר׳ פלו׳
חתן דנן לסרת ° פלונית בתולתא דא על כל מה דכתיב ומפורש לעיל במנא
דכשר למיקני ביה והכל שריר וקים:

EXEMPLAR LITERARUM dotis.

De quarto Septimanæ, qui eſt N. menſis N. Anni N. juxta ſuppurationem, quâ hîc Venetiis numeramus, urbe ſitâ ad fluvios N. N. Præſtantiſsimus D. N. (quem Deus & redemptor ejus cuſtodiat) dixit Marthæ N. Virgini, filiæ ℔ N. Eſto mihi in uxorem, ſecundum ritum Moſis & Iſraelis; ego verò colam, honorabo, nutriam, & ſuſtentabo te, ſecundum conſuetudinem Virorum Judæorum, qui colunt, honorant, nutriunt, & ſuſtentant uxores ſuas, in veritate, & do tibi dotem virginitatis tuæ in pecunia ducentos florenos, qui tibi ex Lege debentur, alimenta item tua, veſtimenta tua, & ſufficientiam tuam (cætera neceſſaria): conſuetudinem item, ſecundum viam omnis terræ: Ad hoc Martha N. Virgo iſta, acquievit & conſenſit, fuitque ipſi D. N. Sponſo huic in uxorem. Hæc verò eſt Dos quæ illa attulit ad ipſum N. N. tùm in argento, tùm in auro, tum in ornamentis, tum in ſuppellectile domeſtica, & lectorum: quam ſummam

2011 Ministerio de Cultura

totam accepit ſuper ſe D. N. Sponſus iſte, in tali & tali ſumma ducatorum ſolarium bonorum & juſti ponderis, cui ipſe de ſuo addidit ei talem & talem ſummam ducatorum ſolarium bonorum & juſti ponderis, pro donatione, ita ut (ſponſa) habeat in univerſum talem ſummam ducatorum ſolarium bonorum & juſti ponderis, in Dote ſua. Porrò ſic nobis dixit Dn. N. Sponſus iſte; Hanc cautionem & gravitatem (vim, valorem) literarum harum dotalium recepi ego pro me & meis hæredibus, me ſoluturum ex omnibus optimis meis facultatibus, quas ſub toto cœlo habeo, & quas ſum comparaturus. Facultates tam illæ, quæ habent reditum vel certam cautionem (quales ſunt fundi & bona immobilia) quàm illæ, quæ non habent (ut ſunt bona mobilia); omnes illæ erunt oppigneratæ & hypothecæ nomine datæ, ut ex illis ſolvatur ſcriptum hoc dotale. Ita recepi pro me, & pro hæredibus meis poſt me, ſecundum cautionem, vim & efficaciam omnium literarum dotalium, uſitatarum inter filias Iſraël, factarumque ſecundum omnia requiſita Sapientum noſtrorum, à die hoc in ſeculum, non tanquam vulgarem epiſtolam, vel apographum literarum. Sic ſponderur à Dn. N. ſponſo, ipſi Marthæ N. Virgini huic, ſecundum omnia ſuprà ſcripta & expoſita, prout legitimè id fieri oportet: Omniaque ſunt rata & firma.

נוסח שטר גט

בשלישי בשבת בתשעה ועשרים ליום מרחשון שנת חמשת אלפים

ושמנה עשרה לבריאת עולם למנין שאנו מנין כאן בפאריש מתא
דיתבא על נהרי שיינא ובייברא אנא פלוני דמתקרי פלו׳ בר ר׳ פלן׳
הכהן העומד היום בפריש מתא דיתבא על נהרי
שיינא ובייברא צביתי ברעות נפשי בדלא אניסנא ושבקית
ופטרית ותרוכית יתיכי ליכי אנת אנתתי פלונית דמתקריא
פלונית בת ר׳ פלוני הכהן דהוית אנתתי מן קדמת דנה וכדו
פטרית ושבקית ותרוכית יתיכי ליכי די תיהויין רשאה ושלטאה
בנפשיכי למחך להתנסבא לכל גבר די תיצביין ואנש

לא

2011 Ministerio de Cultura

לא ימחא בידיכי מן יומא דנן ולעלם והרי את מותרת לכל אדם
ודן די יהוי ליכי מיני ספר תרוכין ואגרת שבוקין ונט פטורין
כדת משה וישראל :

EXEMPLAR LIBELLI repudii.

TErtio (die) Septimanæ, vigesimo nono mensis Octobris, Anni quinquies millesimi & decimi octavi, à Creatione mundi, juxta supputationem, quâ nos numeramus Parisiis, urbe sitâ ad fluvios Sequanam & בייברא, ego N. qui vocor N. filius R. N. Sacerdotis, habitans hoc tempore Parisiis, urbe sitâ ad fluvios Sequanam & בייברא, volui voluntate liberâ animi mei, sine coactione, & repudiavi, dimisi, atque expuli Te, Te, inquam, uxorem meam, quæ vocaris N. filia R. N. Sacerdotis, quæ fuisti antehac uxor mea: nunc verò repudio, dimitto, & expello Te, Te, inquam, ut facultatem & potestatem habeas, pro lubitu tuo, abeundi & nubendi omni viro cui volueris, nec quisquam possit impedire manum tuam, à die hoc & usque in sæculum; atque sic ecce permissa es cuivis. Et hic sit tibi à me libellus expulsionum, & literæ repudii, & diploma dimissionis, juxta ritum Mosis & Israëlis.

2011 Ministerio de Cultura

INDEX LOCORUM SCRIPTURÆ
quæ in hac Dissertatione citantur & illustrantur.

GENES.

CAP. I. v. 28. pag. 8.
II. 18. p. 131.
IV. 19. p. 46.
V. 2. p. 41.
XII. 13. p. 17.
XX. 12. p. 17.
XXI. 14. p. 140.
XXV. 6. p. 140.
XXIX. de Jacobo duas sorores ducente. p. 29.
XXXV. 22. p. 14.
XXXVIII. p. 25. 26.
XLIX. 4. p. 14.

EXOD.

CAP. VI. v. 19. p. 24.
VI. 20. p. 29.
XXI. 7. 8. p. 7.
XXII. 16. p. 8.
XXIII. v. 32. &
XXIV. v. 15. 16. p. 40.

LEVIT.

CAP. V. v. 1. p. 154.
XVIII. 7. p. 10. 37.
v. 8. ibid.
v. 9. 11. p. 14.
v. 10. p. 24. 34.
v. 12. ibid.
v. 14. p. 24. 37.
v. 15. p. 25.
v. 16. ibid.
v. 17. p. 24.
v. 18. p. 28.
v. 29. p. 30.
XX. v. 9. 11. 12. 13. 16. p. 31.
v. 10. p. 32.
XXIV. v. 10. 20. p. 10.

NUMER.

CAP. V. v. 11. & seqq. p. 94.
XXXVI. v. 1. & seqq. p. 57. & seqq.

DEUTERON.

CAP. VII. v. 3. p. 40.
XVII. v. 14. p. 114.
v. 17. p. 47.
XX. v. 7. p. 8.
XXI. v. 10. 11. p. 42. 114.
XXII. v. 12. p. 32.
v. 13. p. 6. 8.
v. 20. 21. p. 152.
XXIII. v. 1. p. 39.
v. 2. p. 38.
v. 3. p. 39.
XXIV. v. 1. p. 79. 86. 89. 107.
XXV. v. 5. & seq. p. 25. 26.

JOS.

CAP. VII. v. 25. p. 33.

JUDIC.

2011 Ministerio de Cultura

JUDIC.

CAP. XIV. De Samsone ducēte uxorē alienigenam. p.40.
XIX. De concubina Levitæ. p.11.

RUTH.

CAP. I. De filiis Elimelechi, ducentibus uxores Moabitidas. p.4.
IV. v.2. p.78.
De Ruthæ & Boazi nuptiis. p.27.

I. SAMUEL.

CAP. VIII. v.5. pag.114.
XVIII. v.27. pag.99. & seqq.
XXV. v.ult. ibid.

II. SAM.

CAP. III. v.3. p.43.
v.14.15.16. p.99. & seqq.
XI. de Davide & Bathseba. p.50. & seqq.
XII. v.8. p.48.
XIII. v.1. & seqq. de Amnone & Thamara. p.18. & seqq.
XVI. v.1. pag.14.

II. REG.

CAP. XI. v.1. & seqq. de Salomone ducente uxores alienigenas, & earum multitudine. p.40. & 48.

PROV.

CAP. II. v.17. p.144.

CANTIC.

CAP. VI. v.8. p.48.

JESA.

CAP. XVI. v.38.40. p.33.
L. v.1. p.144.

JEREM.

CAP. III. v.1. p.98.

MALACH.

CAP. II. v.16. p.129.130.

ECCLESIASTES.

CAP. VII. v.27. p.134.

SYRACH.

CAP. XXV. v.36. p.79.

MATTH.

CAP. I. v.19. p.148.
V. v.31.32. pag.112. 116. 117. &c.
XIV. v.4. p.25.
XIX. v.7. &c. p.80.108.

MARC.

CAP. VI. v.18. pag.25.

CAP.

2011 Ministerio de Cultura

CAP. X. v.3. p.112.
v.11. p.117.

JOHAN.

CAP. VIII. v.3.4.5.6. p.32.33.

I. AD CORINTH.

CAP. V. v.1. p.11.
CAP. VII. v.8.9. p.9.
v.15. p.126.
XI. v.5. p.90.

AD GALAT.

CAP. IV. v.30. p.140.

Errata.

Pag.4. lin.13. lege, *Conſequentia.*

Pag.18. lin.23. lege, fuiſſe filiam (*mulieris*) *formoſæ, compreſſæ* & *imprægnatæ* à Davide in gentilitate ſua ; poſtmodum *proſelytæ factæ* ; & *ductæ* in uxorem à Davide. *Quia ergo, &c.*

Pag.22. lin.1. pro ſecundum, lege, *ſecundam.*

2011 Ministerio de Cultura

ISAACI ABARBENELIS

DISSERTATIO

De כָּרֵת sive Excidii Pœna, cujus frequens in Lege mentio;

Excerpta Ex Commentario eius in Legem, Ad Numer. Cap. xv. vers. 30.

2011 Ministerio de Cultura

ואמנם מהו הכרת

שוכרח התורה נמקום הזה ונמקומות רבים אחרים ראיתי להרחיב בו הביאור כי יש בו דעות חלוקות לחכמינו ז"ל וכלם לא ימלטו מן ספקות : ואחשוב שהקרה השם לפני דעת ישר ונכון בדרוש הזה : ואומר שהגאון רב סעדיה אומר שהנפש שזכרה התורה ונכרתה הנפש ההיא ונכרתו הנפשות העושות הוא שם נאמר על הבשר והגוף ושהוא על דרך נפש כי תגע בכל טמא והנפש אשר תאכל כל דם נפש כי תאכל כל נבלה שמבואר הוא שהנפש אינה אוכלת דם ולא נבילה ולא דבר אחר : ואינה נוגעת בכל דבר טמא : אבל הנפש הנאמר כאן הוא הגוף כמו שנ"ל יאמר שם בשר על הנפש יבא כל בשר להשתחוות לפני ויברך כל בשר כי ההשתחואה והברכה וההלול לא תפול על הבשר כי הם מפעולות הנפש ומסכים לזה כתב הראב"ע כאן על הכרת תכרת הנפש ההיא וז"ל הנפש אינה הנפש המשכלת כדברי תועי רוח רק הוא חבור הנפש עם הגוף עד כאן : ולפי זה יהיה דעתם שענין הכרת הוא קצור ימי החוטא ומיתתו קודם קצו בעולם הזה לא דבר אחר : ויתחייב מזה שיהיה ענין הכרת הוא עצמו ענין המיתה בידי שמים וכן נראה מדברי הגאון שאין הפרש ביניהם כלל : והדעת הזה הוא בלתי נכון לפי שבפרק אלו הם הנשרפים מנו חכמינו זכרונם לברכה אותם שמיתתם בידי שמים אחד לאחד אבל לא זכרו בכללם אחד מכל הל"ו כריתות : וכן כשמנו במשנת כריתות אותם הל"ו כריתות לא זכרו בכללם אחד ממחוייבי מיתה בידי שמים : והוא המורה שאין ענין הכרת כענין המיתה בידי שמים : ושזם מתחלפים בעצמם ובדינם : אף שנאמר שבא בתורה הנפש במקום בשר וגוף במקום נפש : ושדברה בזה בדרך העברה והשלוח : והוא זר מאד וגנאי גדול בחקה חלילה לי מלהאמינו : ועינינו הרואות כאשר רצתה התורה לדבר באדם המורכב יקראהו בשם איש ואיך תקרא לנפש גוף ולגוף נפש : ולכן ראוי שנחשוב שכאשר יכנה הכתוב את האדם בשם נפש אינו אלא להיות האזהרה או הצווי או הספור ההוא בבחינת הנפש המשכלת וכ"ש שאמר הנפש האוכלת את הדם או את הנבלה אשר תגע בכל טמא לא אמר נפש אלא

2011 Ministerio de Cultura

נפש אלא בבחינת הנפש השכלית המיוחדת באדם במה שהוא אדם :
האמנם מפני שיש עונו' אשר יעשה אותם האדם מפני רוע אמונותיו
והפסד דעותיו עם היות העונות ההם מעשים נשמיים יתלה אותם הכתוב
בנפש לפי שהיא הפועלת אותם ברוע דעותיה ואמונותיה כי הנה האוכל
את הדם אין ספק שיעשה זה להיותו נמשך אחרי הדעת הנפסד שרוח
האדם כרוח הבהמה ושנושאו הוא הדם וכדי להסיר הדעת הזה אסרה
התורה אכילתו : ולכן באה אזהרתו בשם נפש : וכן הענין בטמא
האוכל בקדשים או הנכנס טמא במקדש שבאה אזהרתו בשם נפש לפי
שאם היתה הנשמה ההיא חוששת על קדושת המקדש ומאמינה שרוח
השכינה שמה ושהדברים הנקרבים לגבוה היו מקודשים בעצמם לא היתה
עושה כן : הנה אם כן נתלו העונות ההם במקום הפעולות ושרשם שהיא
הנפש ואליה ייוחס העונש כמו שאמר הנפש החוטאת היא תמות נראה
לי להיות כל זה כפי חוזק אמונתה וחולשתה : ולפי שירדה תורה
לסוף דעתו של אדם שלא היו העונות ההם מתוקף היצר ותנורת
התאוה אלא מפני שנכנס בו רוח שטות או רוח אפיקורוסות המיוחס
לנפש : וכן נמנו בני יעקב שבעים נפש לפי שבבחינתה היו הם בני
יעקב ועם אלהי אברהם : ובחפץ נאמר באומות הסכלות ונפש
אדם מן הנשים לא תחיה כל נשמה לפי שבהיותם חטאים בנפשותם
נתחייבו להרוג ולאבד הנח אכ מה שזכרה התורה בשם נפש הוא
מאמ' מדויק בלי ספק ולא נאמר הכרת על הנפש החיונית כדברי
הראבע כי בידוע הוא שתכרת ותפסד עם הגוף כפי טבעה והיה כצדיק
כרשע אלא על הנשמה השכלית שבחרה באותו עון שהיא תענש עליו :
אמנם שאר העונות שיעשה אותם האדם מתוקף היצר הרע והתאוו' הנשמיות
וחברות בני אדם לא ייחס אותם הכתוב לנפש אלא לאיש או לאדם כי לא
ייחס לנפש אלא מה שהוא מיוחס באמת אליה לא לבשר ולניף מה שהוא
מפעולות הנפש ומה שאמר יבא כל בשר להשתחוות לפני הוא כפשוטו
כי הגוף הוא אשר יבא וישתחוה בפשוט ידיו ורגליו וכן ויברך כל בשר
שתחלת הפסוק מורה על סופו שהוא תהלת י' ידבר פי ויברך וכו' פי' שהגוף
בפיו וברצונו יהלל ויברך ודמו גם כן הכתוב במאמרים האלה שלעתיד לבא
בימים ההם יסיר את לב האבן מבשרם ענין שגם הגוף והבשר יהיו כל
תאוותיו ותכונותיו לשום שמים לבא להשתחוות בב"ת י' ולברך בשמו והוא
על דרך כל עצמותי תאמרנה י' מי כמוך שייחס זה לעצמות והענין כלו
הכנע חכחות הנשמיות אל הנפש הנה אם כן הדעת הזה הראשון מהגאון
והראבע בענין הכרת הוא בטל בעצמו :

2011 Ministerio de Cultura

כרת KERETH, h. e. *EXCIDIUM*, cujus Lex mentionem facit in hoc, & quamplurimis aliis locis, quid ſit, viſum eſt mihi hîc latiùs nonnihil explicare. Sunt enim variæ ac diverſæ de eo ſententiæ Sapientum noſtrorum, quarum tamen ſingulæ ſua habent dubia. Exiſtimo autem, Deum mihi ſententiam rectam ac veram de hac quæſtione monſtraſſe.

PRIMA SENTENTIA eſt RABBI SAADIÆ, qui dicit, quòd *Anima*, cujus meminit Lex, quando ait, *Et exſcindetur anima illa*, vel, *Et exſcindentur animæ illæ, quæ fecerint hoc vel illud*, quòd, inquam, in his locis *Animæ* vocabulum dicatur de Carne & Corpore, ſicut nimirum illic, *Et anima quæ contigerit ullum immundum*, Levit.7.19. Item, *Omnis anima quæ comederit ullum ſanguinem, excidetur anima illa è populis ſuis*, Ibid. v. 27. Item, *Omnis anima, quæ comederit cadaver*, Levit.17.15. Quibus in locis Animam pro Corpore ſumi, manifeſtum eſt, quia anima nec ſanguinem, nec cadaver, nec aliam rem comedit: neque etiam contingit ullam rem immundam. Proinde *Anima* in his locis eſt *Corpus*, ſicut vice versâ Nomen *Carnis* dicitur de *Anima*: ut, *Veniat omnis caro, ut ſe incurvet coram me*, Jeſa.66.23. Item; *Benedicet omnis caro nomini ſancto ejus*, Pſalm.145. 21. Benedictio quippe & Laudatio non competunt carni: quia ſunt ex operationibus animæ. Et cum hoc conſentit, quod Aben Eſra ad hunc locum ſcribit; *Anima hîc non eſt Anima intelligens, uti exiſtimant nonnulli vertiginoſi ſpiritus, ſed eſt Conjunctio Animæ cum Corpore.* Itaque mens & ſententia horum eſt, Excidium ſignificare Abbreviationem dierum peccatoris, & mortem ejus in mundo hoc, ante tempus ipſius, nec quicquam aliud. Unde etiam conſequitur, Verbo *Exſcindendi* ipſo, ſignificari *Mortem per manus Cœli*, nullaq; erit inter hæc duo differentia.

Verùm ſententia hæc non eſt recta: quia in Talmud, in capite quod incipit, אלו הם הנשרפים (*Sanhedrin cap.*9.) ubi ſigillatim Sapientes (Talmudici) enumerant illos, quorum ſupplicium eſt Mors per manus Cœli, non numerant ullum ex omnibus triginta ſex delictis, quibus Lex כָּרֵת ſeù Excidium interminatur: Neq; vice versâ, dum in Miſchna libri כריתות ſeu de Excidiis, recenſent triginta illa ſex Excidia, Lege denunciata, inter illa referunt

2011 Ministerio de Cultura

runt vel unicum ex illis, qui rei sunt Mortis per manus cœli. Quod sanè nos satis docet, το *Kereth* seu Excidium, non esse Mortem per manus cœli, sed diversa esse tum in Seipsis, tum in Judiciis, h. e. pœnis suis.

Quòd etiam dicitur; *Animam* poni pro *Carne & corpore*, & vice versâ, *Corpus* pro *Anima*, quodque Lex hîc loquatur Tropicè; id alienum est prorsus, & procul à Legis mente, nobis nequaquam credendum. Oculi enim nostri vident, quando Lex vult loqui de Homine composito, illam uti vocabulo *Viri*, quomodo itaq; vocaret Corpus Animam, & animam *Corpus?* Unde dicendum est, quòd, cùm Lex Hominem cognominat nomine *Animæ*, illud nihil aliud sit, quàm Admonitio, aut Præceptum, aut Narratio, respiciens Animam Intelligentem; ac proinde multò magis quando dicit; *Anima comedens sanguinem*, aut *cadaver*, &c. non dicit illud nisi respectu Animæ intelligentis, homini propriæ, quatenus est Homo.

Quia ergo sunt Iniquitates quædam, quas committit homo ex malitia fidei suæ, & corruptione sententiarum suarum quas tenet, licet illæ iniquitates sint opera corporalia, suspendit eas Scriptura ab Anima; quia illa est Causa efficiens illarum, per malitiam sententiarum suarum quas tenet, & rerum quas credit. Nam ecce, qui Comedit Sanguinem, non est dubium quin illud ideò faciat, quia sequitur sententiam istam corruptam, quòd Spiritus hominis, sit sicut Spiritus bestiæ, quodque subjectum ejus sit Sanguis. Ad tollendum itaque sententiam istam, prohibuit Lex comedere Sanguinem: & ideò venit Prohibitio ejus sub nomine *Animæ*. Eadem est ratio Immundi, comedentis Res sanctas, aut ejus qui immundus ingreditur in Sanctuarium, quorum Prohibitio itidem venit sub nomine *Animæ*. Nam si anima illa sollicita esset & cogitaret de Sanctitate Sanctuarij, crederetque, Spiritum Majestatis Divinæ illic esse, atq; Res oblatas Altissimo esse Sanctas in se, nunquam ita faceret. Unde concludimus, Iniquitates illas poni loco Actionum, & Radicis earum, quæ est Anima, eiq; attribui Pœnam, sicut dicitur; *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur*, Ezech. 18. v. 4. 20. Unde mihi videtur, hæc omnia ita dici vel efferri, respectu vel Fortitudinis, vel Debilitatis fidei ipsius (sc. animæ); & quia Lex descendit ad imum quasi animi vel mentis Hominis; quòd ini-

2011 Ministerio de Cultura

quitates illæ non patrentur à Vi Concupiſcentiæ & cupiditatis, ſed quòd Hominem ingreſſus ſit Spiritus aliquis Stultitiæ, aut Profanitatis, quæ attribuitur Animæ. Sic numerantur Filii Jacob, *Septuaginta Animæ*, quia ratione Animæ illi fuerunt Filii Jacobi, & Populus Dei Abrahami. Contrà dicitur de Populis Stultis; *Et animarum hominis de mulieribus, &c.* Numeror.31. v. 35. Item, *Non vivificabis ullam animam*, Deuteron.20. v.17. quòd, peccatores exiſtentes in animabus ſuis, digni ſint, qui perdantur & occidantur.

Itaque, quod hîc Lex mentionem facit *Animæ*, ſine dubio ſingulari accuratione & ſtudio ita loquitur, neque utitur verbo Excidendi de Anima vitali, ut vult Aben Eſra: quia de illa conſtat, quòd exſcindatur & corrumpatur unà cum corpore, ſecũdum naturam ſuam, &, quòd ejus reſpectu, eadem ſit conditio Juſti & Impii; ſed de Anima intellectuali, quæ ſuo arbitrio elegit illam iniquitatem, propter quam punitur.

Reliquas autem iniquitates, quas committit homo ex parte Concupiſcentiæ ſuæ malæ, & Cupiditatum corporalium, vel ex Converſatione mala; illas non attribuit Scriptura Animæ, ſed Viro, aut Homini: Animæ enim nihil attribuitur, niſi quod revera ei, non Corpori aut Carni competit, quod verè eſt ex operationibus Animæ. Quod autem dicitur; *Veniat omnis caro ad ſe incurvandum coram me*, Jeſa.66.23. id ſecundum literam eſt intelligendum: Corpus enim eſt quod venit, & quod ſe incurvat, per expanſionem manuum & pedum ſuorum: Sic, quod dicitur; *Benedicet omnis caro nomini Sancto ejus*, Pſalm.145.21. initium illius verſus docet de fine ejus, quod eſt; *Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat, &c.* Senſus enim eſt; quòd Corpus Ore ſuo, & voluntate ſua, vel ſponte ſuâ laudaturum ſit, & benedicturum. Præterea indicare etiam vult Scriptura dictis illis, quòd tempore futuro, in diebus illis, Deus remoturus ſit cor lapideum à carne ipſorum, adeò ut etiam omnes Cupiditates & diſpoſitiones Corporis & Carnis ſint futuræ ad gloriam Dei, ad incurvandum in domo Domini, & benedicendum Nomini ipſius; eſtq; juxta illud; *Omnia oſſa mea dicent, Quis ſicut tu?* Pſalm.35.10. ubi hoc idem attribuitur *Oſſibus*, quòd omnes facultates corporales Animæ ſint ſubjiciendæ, vel ſubjectæ futuræ.

Quo

2011 Ministerio de Cultura

Quo circa, cùm hæc omnia ita sese habeant, sententia hæc prima Rabbi Saadiæ Gaon; & R. Aben Esræ, futilis est & vana.

והדעת הב'

הוא לרשי שכתב שהכרת שורעו נכרת
וימיו נכרתים כמו שכתב בפרשת מילח
והוא גם כן בריש מסכת כריתות :
ובפרשת המעלה בחוץ : והוא עירירי שימות בלי בנים : ויובדל גם
וכפי דבריו אלה כל כרת הוא
כן הכרת מהמיתה בידי שמים כשהמיתה היא לחוטא בלבד והכרת
הוא גם כן לורעו וכבר הקשו התוספות בריש מסכת יבמות על רשי בזה
ונמנו ונמרו כל אותם החכמים שנזכרו שמה שאין בכרת כריתת הזרע
אלא בשתים מהעריות שאמרה התורה בהם בפיד עירירי וכבר נזכר זה גם
כן בתוספות בפרק במה מדליקין וכן הוא דעת הרמבם והרמבן חלוקים על
רשי : וגם הסברא תורה עליו לפי שאם היה החוטא אדם עקר בטבעו
יתחייב שלא יפול בו הכרת כי קודם שחטא כבר היה עירירי בטבעו :
או אם חטא אחרי היותו בן שמונים שנה איך נאמר שלא יניע אליו מהעונש
בזקנתו ויענשו בניו הנדולים שלא חטאו : וגם התחייב לרב ספק אחר
והוא שיהיה עונש הכריתות שוה בכלם בהיות ביניהם הפרש גדול כחומרת
החטא וקלותו :

Secunda Sententia, est Rabbi Salomonis Jarchii; qui vult *Excidium* de illis dici, quorum Semen exscinditur, unà cum Vita & diebus ipsorum; sicuti eam explicat in Sectione מילה h. e. de Circumcisione, Genes. cap. 17. & de offerente extra, Levit. 17. v. 9. & in principio Tractatus Talmudici Kerithut. Itaque juxta ejus mentem *Exscindi*, dicitur ille, qui moritur absq; liberis: & distinguitur quoque *Kéreth*, sive *Excidium*, à Morte per manus cœli: quia Mors ista infligitur tantùm Peccanti; Excidium extenditur quoque ad Semen ejus.

Contra R. Salomonem hîc jam se opposuerunt Additiones Talmudicæ, in principio Tractatus Jevammoth; & unanimiter decreverunt & concluserunt omnes Sapientes, qui enumerantur illic, quòd in *Kéreth*, sive *Excidio*, non sit Excisio seminis, nisi in duobus illis congressibus incestuosis sive illicitis, in quibus Lex disertè vocem illam עירירי h. e. *Sine liberis*, usurpat. Idem hoc quoq; repetitur in Additionibus Talmudicis, in capite במה מדליקין

(*Tract. de*

2011 Ministerio de Cultura

(*Tract. de Sabbatho, cap.* 2.) Quin & Rabbi Moſes ben Majemon, & Rabbi Moſes bar Nachman diſſentiunt à R. Salomone. Sed & ipſa Ratio idem docet; Nam ſi peccans eſſet ſterilis naturâ ſuâ, ſequeretur, Excidium nullum in ejus perſona habiturum locum: quia antequam peccat talis, jam naturâ ſuâ eſt עֲרִירִי liberis orbatus: aut, ſi quis peccaret poſt octogeſimum annum, quomodo dici poſſet, quòd ad illum non pertineat iſta pœna in ſenectute, & puniendos eſſe liberos ejus adultos, qui non peccarunt? Denique, ſequeretur etiam ex ejus ſententia, pœnam כָּרֵת *Kéreth* eſſe æqualem in omnibus; cùm tamen magna ſit inter illa differentia, pro ratione gravitatis vel levitatis delicti.

ותרעת הנ׳

הוא לתוספות במקום הנזכר שאמרו
שהיה ההפרש בין המחוייבי כריתות
למחוייבי מיתה בידי שמים כשהיה הכרת לחמשים שנה והמיתה לאחר
ששים שנה ואמרו שכך הוא בירושלמי שהכרת הוא לחמשים שנה ומפיק
ליה מן אל תכריתו את שבט משפחות הקהתי ועבודתם היתה לחמשים
שנה והמיתה בידי שמים היא לששים שנה כמתי המדבר : וכנר התחייבו
לרעת הזה גם כן ספקות אם מדרך הסברא לפי שהאדם שבבחרותו אכל
כל מחמצת בפסח או שאכל כל חלב וכל דם או בעל הערות וטמא את
המקדש אם היה הכרת מונבל לחמשים שנה ימצא חוטא נשכר שיגיע בהכרת
לחמשים שנה ואם מדבריהם ז"ל לפי שבמסכת יבמות שנינו חמשים זו מיתת
כרת : חמשים ושתים זו מיתתו של שמואל הרמתי : ששים זו מיתת כל
אדם : אמר מר זוטרא מאי קראה תבא בכלה אלי קבר בכלה הכי הוו :
ואם מיתת ששים זו מיתת כל אדם איך יאמרו שהיא מיתה בידי שמים ואם
אמרו שזה יובן כשימות קודם עתו : הנה לזה אין צריך הגבלת זמן כי
לפי רוב השנים וכפי מעוטם יהיה נכרת כל מי שימות קודם זמנו וכן בידי
שמים : גם יתחייב על הדעת הזה הספק הקודם והוא שבהיות הכריתות
מתחלפות חלוף גדול בחסרת החטא וקלותו יהיה ענשם שוה מבלי חלוף :
וזה לא יתכן בחק חיושר האלהי :

Sententia Tertia eſt Additionum Talmudicarum, in loco commemorato, ubi dicunt, fuiſſe differentiam inter Reos Excidii & Reos Mortis per manus Cœli, quòd *Kéreth* ſeu *Excidium*, ſit uſque ad Annum quinquageſimum; *Mors per manus*

2011 Ministerio de Cultura

manus cœli, poſt quinquageſimum annum. Dicunt ſic extare in Talmud Hieroſolymitano, quòd Excidium ſit uſque ad annum quinquageſimum, idque probari ex eo quod dicitur; *Ne excidatis tribum familiarum Kehathitarum è medio Levitarum*, Numeror. 4. v. 18: Cultum enim ſeu miniſterium illorum durâſſe uſque ad annum quinquageſimum; Mortem verò per manus Dei eſſe poſt annum quinquageſimum, uſque ad ſexageſimum, ſicut mortuorum in deſerto.

Verùm ex hac quoque ſententia ſequuntur varia dubia, tùm ex vi rectæ Rationis, tùm ex Dictis Rabbinorum.

Ex Ratione; Nam, ſi Ex. gr. homo in Juventute ſua comederit Fermentum in Paſchate, vel Adipem & Sanguinem: aut, ſi duxerit aliquam Lege ſibi prohibitam: aut, ſi polluerit ſanctuarium; & *Kéreth* ſive Excidium determinatum ſit uſque ad quinquageſimum annum; tùm Peccator hujuſmodi conductus quaſi erit, ut neceſſariò ad quinquageſimum uſque annum pertingat.

Ex *Verbis* etiam *Rabbinorum ſeu Talmudicorum* oriuntur circa hanc ſententiam dubia. Nam in Tractatu Jevammoth legimus; *Quinquageſimo anno eſt mors Excidii: quinquageſimo ſecundo, fuit mors Samuelis Ramathæi: ſexageſimo anno eſt mors omnium* (plerorumque) *hominum. Dixit Mar Sutra, quænam hujus rei probatio eſt ex Scriptura?* (Id ubi dicitur;) Ingredieris בכלח (Jobi 5. v. 26.) in ſenectute ſepulchrum; בכלח (*in ſenectute*) id eſt, *anno ſexageſimo*; quia hæc vox in numeris valet *ſexaginta*. (Legitur hoc in Moed Katon fol. 28. 1.) Et, ſi mors in anno ſexageſimo eſt mors communis omnium hominum, quomodo dicunt, quòd ſit Mors per manus cœli? Quòd ſi dicant, hoc ita intelligendum, quod ſi ſc. moriatur ante tempus ſuum; dico, ſic non opus fore determinatione certi temporis: quia pro ratione ætatis vel provectioris, vel minùs provectæ, excindetur, quiſquis morietur ante tempus ſuum. Præterea ſequitur ex hac ſententia etiam præcedens dubium, quòd cùm Excidia ſint diverſa, magnaque ſit inter illa differentia, pro gravitate vel levitate peccati, ſic inter pœnam illius nulla foret differentia, quod æquitati & juſtitiæ Divinæ non eſt congruum.

2011 Ministerio de Cultura

והדעת הד׳

זכרו גם כן בתוספות במקום הנזכר והוא שהכרת יבחן כפי ימי החולי כי כאשר ימות האדם ביום הג׳ מחליו יהיה נכרת מעמו וכן הוא בלשון הנמרא בפרק ואלו מגלחין באותה ברייתא תנו רבנן מת פתאום זו היא מיתת חטופרת : יום אחד זו היא מיתה דחופה׳ ר׳ חנינא בן גמליאל אומר זו היא וכו׳ ולפי זה יהיה ההפרש בין הכרת למיתה בידי שמי׳ שמיתת בידי שמים בבחינ׳ השנים והכרת הוא בבחינ׳ ימי החולי : וגם הדעת הזה בלתי נכון הוא אם מדרך הסברא לפי שהמוכן למות בחליו מה יתן לו ומה יוסיף לו שיארך חליו ויהיו כל ימיו מכאובים על מטתו למעצבת ישכב הלא טוב לו שיתמעט צערו וחליו וימות מהרה כי הנה לתקן עניני נפשו ותשובתו די לו לשלשה ימים : והמשנה אמרה שוב יום אחד לפני מיתתך : והנה חסידי ישראל ונביאיהם לא האריכו ימים בחלייהם ויעקב אבינו יכיח שמיד כשחלה ברך בניו : ונאמר ויכל יעקב לצוות את בניו ויאסוף רגליו אל המטה ויגוע ויאסף אל עמיו וכן באהרן ובמשה לא חלו חליים כלל : ואיך יהיה אם כן עונש הכרת שבבא קץ האדם ועת מותו הטבעי ימות ליום הג׳ למחלתו והוא הטוב לו שאפשר לו שיצערו בניו מתוך חליו ובשרו עליך יכאב ונפשו עליו תאבל : ועוד כי אם היה הדבר כן היתה המיתה בידי שמים עונש יותר קשה מהכרת כיון שהוא בקצור שנות חיי האדם והכרת אינו אלא בקצורת ימי החולי והוא בחלוף מה שנוסדנו עליו וגם מדבריהם ז׳ל שעשו הכרת לבן חמשים ומיתה בידי שמים לבן ששים : ועוד כי באותה ברייתא שזכרו המיתה כפי הימים לא כונו ז׳ל שלא היה ענין הכרת אלא בימי החולי בלבד : אבל אמרו שהיה הכרת כפי ענינו בעצמו : ושימנה בו גם כן מהירות החולי לאותם הימים שזכרו : תראה זה ממה שאמרו שם רב יוסף כי הוה בר שתין עבד יומא טבא לרבנן אמר לידה אניי נהי דנפיק מר מכרת דשני מכרת דיומי מי נפק מר נקוט מיהא פלגא ביוך הנה ביארו שלא היה הכרת בלבד בימים כי אם בשנים גם כן וגם מפה שאמר הכתוב כאן הכרת תכרת הנפש ההיא מבואר נגלה שהכרת הוא מן העולם הזה בקוצר שנים לא לבד בקוצר ימי החולי :

הלא אלה הד׳ דעות שזכרתי לך עד פה. כלם השתתפו כשענין הכרת הוא לגוף בלבד בעולם הזה ושאינו מניע דבר ממנו לנפש ואתה הראית לדעת הספקות שיתחייבו לכל אחד מהדעות האלו :

SENTEN-

2011 Ministerio de Cultura

SENTENTIA QUARTA est cujus etiam in Additionibus Talmudicis, loco allegato, fit mentio; videlicet; *Quòd* Kéreth probetur ex numero dierum morbi. Nam si homo die tertio morbi sui moriatur, dici eum *Excisum à populo suo.* Sic loquitur Gemara, in capite, ואלו מגלחין, (*Moed Katon cap.* 3.) in illa Barajetha; *Tradiderunt Rabbini nostri; Si quis repentè moriatur, est mors* חטופה *rapta, repentina: die primo, est mors* דחופה *impulsa, cita. R. Chanina, filius Gamalielis, dixit, hæc est, &c.* Sic inter Excidium, & Mortem per manus Dei, hæc erit differentia, quòd Mors per manus cœli, dignoscatur ex notione annorum; Excidium verò ex notione dierum morbi.

Sed neque hæc ratio recta est.

Nam *primò*, si quis sit ordinatus ad mortem in morbo suo, quid ei proderit si diu protrahatur morbus ejus, si omnes ejus dies sint dolorum pleni, si diu super lecto suo in dolore decumbat? Annon satius ei erit, si diminuatur dolor & morbus ejus, & si celeriter moriatur? Nam ad ordinandas vel disponendas res animæ suæ, & pœnitentiam agendam, sufficit ei trium dierum spatium. Imò Mischna dicit; *Pœnitentiam age die uno ante mortem tuam.* Sancti Israelis, & Prophetæ olim non diu languerunt in morbis suis. Jacobus Patriarcha, quamprimùm ægrotare cœpit, benedixit filiis suis: *Et cùm absolvisset benedicere,* legimus, *quòd collegerit pedes suos in lectum, obierit, & aggregatus sit ad populum suum*, Genes. 49. v. 33. Sic de Aharone & Mose non legimus, quòd ullo morbo laborârint, aut extincti sint. Itaque, quomodo Pœna excidii hæc esse poterit, quando homo, cujus tempus mortis naturale & terminus vitæ advenit, moritur tertiâ morbi sui die; cùm hoc ipsi bonum sit? quod si enim diutius protraheretur morbus, liberi ejus majori mœrore, ipsius caro majori dolore, anima denique ejus majore luctu, afficerentur.

Deinde, si res ita esset, tum Mors per manus cœli pœna esset durior Excidio; eò quòd illa fiat per Abbreviationem annorum vitæ hominis; Excidium verò nonnisi per abbreviationem dierum morbi; quod contrarium est ei, quod nos pro fundamento hîc habemus & ponimus.

Sed neque cum Verbis Rabbinorum congruit hæc sententia.

2011 Ministerio de Cultura

Nam illi determinarunt vel assignarunt Excidium Quinqugenaario; Mortem per manus cœli, Sexagenario.

Præterea, in illa Barajetha, ubi meminerunt Mortis diversæ, secundum numerum dierum, non hoc voluerunt dicere, quòd *Kéreth*, sive Excidium non sit, nisi tantùm respectu dierum morbi: sed dicunt, quòd Excidium, quod suam habet peculiarem rationem, etiam aliquando fiat per celeritatem morbi, ad illos usque dies, quorum meminerunt. Apparet hoc ex eo, quod ibi dicunt; *Raf Joseph, cùm sexagenarius esset, fecit diem bonum* (instituit convivium solenne) *Rabbinis, eò quod egressus esset ex annis* (quibus infligitur) *Kereth*; *Dixit ei Avaj*; *Gratulamur Domino, quòd egressus sit ex Kereth, sive Excidio annorum: ex Kereth verò, sive Excidio dierum num egressus vel liberatus est Dominus?* Dixit ei, נקוט פלגא בידך מיהא. *Hinc tamen collige, me dimidium saltem evasisse* (excidium sc. annorum). Vides, illos hîc statuere, quòd Excidium non tantùm sit respectu dierum, sed etiam annorum.

Et ex eo quod Scriptura dicit; *Exscindendo exscindetur anima illa*; clarum & manifestum est, Excidium vel Excisionem esse ex hoc mundo, per abbreviationem annorum, non tantùm per abbreviationem dierum morbi.

Atque istæ quatuor hactenus recensitæ sententiæ conveniunt in hoc, quòd Excidium duntaxat referatur ad corpus in mundo hoc, nec quicquam de eo pertingat vel pertineat ad animam: sed simul etiam tibi ostensum est, quænam & qualia ex singulis oriantur dubia.

והדעת דהי

הוא לרב הגדול המיימוני שכתב בפי׳ המשנה אשר לו בסנהדרין פרק אלו הם הנשרפים:
ואלו הם דבריו המיתה בידי שמים הוא פחות מן הכרת לפי שהמחוייב כרת ישאר עליו עונש גם לאחר המיתה כמו שנבאר בפרק שאחז׳:
והמחוייב מיתה בידי שמים נתכפר לו כשמת עד כאן: ובפרק חלק כתב וז׳ל והנקמה הגדולה היא שתכרת הנפש ותאבד ושלא תהיה חיית וקיימת והוא הכרת שכתוב בתורה שנ׳ הכרת תכרת הנפש ההיא וארז׳ל הכרת בעולם הזה תכרת לעולם הבא עד כאן: ואין כוונת הרב בזה להשוות ענין הכריתות כלם לכרת המנדף שאמרה התורה בלבד בו הכרת תכרת הנפש ההיא וגם לא כיון הרב בזה למה שחשבו אנשים חכמים שבני

2011 Ministerio de Cultura

מכני עמינו שיהידה בענין כרת הנפש מורגות זו קשה ורעה מזו בעולם
הבא : ושעונש חכרת הנפשיי במגדף היה יותר קשה משאר הכריתות כי
כל זה הוא טעות מבואר כהכנת דבריו : כי הוא יסבור שעונש הכרת
לנפש הוא העדרת והפסד׳ ההחלטי : ולכן כתב בספר המרע וז״ל שפרעון
הרשעים הוא שלא יזכו לחיים אכל ימותו ויכרתו וכל מי שאינו זוכה
לחיים אלו הוא המת שאינו חי לעולם אלא נכרת ברשעו ואבד כבהמה
ווהו הכרת הנו׳ בתורה שנ׳ הכרת תכרת הנפש ההיא : אמנם מה שכתב
הרב שמה כל הרשעים שעונותיהם מרובים דנין אותם כפי חטאתיהם ויש
להם חלק לעולם הבא שכל ישראל יש להם חלק לעולם הבא : ואלו
שאין להם חלק לעולם הבא אלא נכרתים ואובדים כפי גודל רשעתם
וחטאתם לעולם ולעולמי עולמים האפיקורוסים והכופרים בתורה ונו׳ לא
אמר הרב זה על הכריתות א״א על שאר החטאים שבהיותם קלים יקבל
החוטא עליה׳ עונש בגהינם זמן מוגבל : ועכ״פ יהיה להם חלק לעולם הבא :
האפיקורוסים שוכר הם הנכרתים ואובדים בין שיהיו מכלל הלו כריתות או
שאינם מהכריתו׳ שגם הם יהיו אובדי׳ כפי חומר חטאתם : אבל כרת הנפש
אצל הרב הוא העדרה לגמרי ובידוע שאין בהעדר מדרגות : ולכן קרא
הרב את הכרת בשם מיתה ואבוד כבהמה : ואמנם מה שכתב בפי׳ המשנה
כמו שזכרתי שהמחוייב כרת ישאר עליו העונש לאחר המיתה : רוצה
לומר שענשו אינו בעולם הזה אבל הוא אחר המות : ולפי שהרב במקום
ההוא לא ביאר איכות העונש ההוא אמר כמו שנבאר בפרק שאחר זה ושם
כתב בביאור שהכרת הוא הנקמה הגדולה שתאבד הנפש ולא תהיה חיה
וקיימת : ראה גם ראה איך ביאר דעתו שהכרת הוא העדר ההשארות והקיום
על כן אמרתי שהיה דעת הרב שהכרת שזכרה התורה לנפש אינו אלא
הפרדה מחיי העולם הבא : אמנם במגדף מפני חומרת חטאו הוסיף בו
התורה מלבד הכרת הנפשיי הכולל והשוה בכל הכריתות שגם כן תכרת
בקצור ימי חייו בעולם הזה ולכך דרשו ז״ל בו הכרת בעולם הזה תכרת לעולם
הבא : והדעת הזה התחייבו לו גם כן ספקות : אם מדרך הסברא שיהיה
עונש חכריתו׳ כלם שוה בעני׳ הנפש והאוכ׳ כזית חלב ודם או שבא על
הערוה מפני שתקפו יצרו תמות ותעדר נפשו כנפש העובד עכו״ם והמזרף את
השם : והנותן מזרעו למולך והוא זר מאד : ויקשה עוד לרב מה שאמרו
חז״ל שהכרת הוא לחמשים שנה כיון שהוא אומר שהכרת הכללי הוא לנפש
בלבד ואינו לענין הגוף אם לא שיאמר הרב שמה שאמרו רז״ל מחמשים
שנה על כרת המגרף בלבד אמרוהו שהוא כולל לגוף ולנפש והוא בחלוף
האמת ועוד יקשה לרב אם היה ענין כל כרת עונש הנפש עד שמפני זה

2011 Ministerio de Cultura

אמרה תורה ונכרתה הנפש ההיא ונכרתו הנפשות : למה אכ פרשת המעלה בחוץ נאה כלה בלשון איש החטא והעונש דם יחשב לאיש ההוא ונכרת האיש ההוא : ולאיסור הדם בא בכל הפרשה בלשון נפש ונתתי פני בנפש האוכלת את הדם כל נפש ממם לא תאכל דם וכל נפש אשר תאכל נבלה אין ספק שלא נא כל זה נקרי והזדמן ועכו יראה שהדעת הזה אינו נכון :

Sententia Quinta, eſt maximi Viri Majemonidis, qui in explicatione Miſchnajot, in Sanhedrin, capite אלו הן הנשרפין his ſcripſit hac de re verbis: *Mors per manus cœli eſt levior Excidio: nam eum, qui reus eſt Excidii, manet adhuc pœna etiam poſt mortem, ſicut explicabimus capite ſequenti: ejus autem, qui reus eſt mortis per manus cœli, expiatio abſolvitur, quando moritur.* Hactenus ille. Et in capite חלק hæc ejuſdem ſunt verba: *Vindicta maxima eſt, quando exſcinditur & perditur anima, ut non permaneat viva, quod eſt Kéreth, ſive Excidium, de quo in Lege ſcribitur, ſicut dicitur;* Exſcindendo exſcindetur anima illa. *Rabbini noſtri dixerunt;* Exſcindendo; *in hac ſc. vita*, exſcindetur, *in vita altera.* Hactenus iterum ille. Non eſt Majemonidis mens, omnia excidia æquare cum excidio denunciato Blaſphemo, de quo ſolo dicitur; *Exſcindendo exſcindetur anima illa:* Non etiam voluit his verbis id dicere, quod quidam ex noſtræ gentis Sapientibus cenſent, quòd in Excidio Animæ gradus dentur, quorum unus alio ſit durior & deterior, in ſæculo futuro; quodque Excidium animale Blaſphemantis, cæteris Excidiis ſit gravius. Errant enim, qui hanc ejus verborum mentem & ſententiam eſſe volunt. Hoc quippe ille exiſtimavit, quòd Pœna excidii animæ, ſit privatio & deſtructio ejus abſoluta. Unde ſic ſcriptum reliquit in libro מדע: *Ultio impiorum eſt, quòd illorum memoria non ſit futura ad vitam, ſed quòd moriantur & exſcindantur; & quicunque non eſt dignus vitâ, ille mortuus eſt, qui non vivit in ſæculum, ſed in impietate ſua exſcinditur & perit inſtar jumenti. Et hoc eſt Excidium commemoratum in Lege, quando dicitur;* Exſcindendo exſcindetur anima illa. Quod verò idem Majemon illic ſcribit; *Omnes impii, quorum iniquitates plures ſunt* (quàm juſtitiæ) *eos judicant ſecundum peccata ipſorum, & eſt ipſis pars in ſæculo venturo: quia omnes Iſraëlitæ habent partem in ſæculo venturo. Hi verò ſunt qui nullam habent partem in*

ſæculo

2011 Ministerio de Cultura

ſæculo venturo, ſed exſcinduntur & pereunt juxta magnitudinem impietatis & peccati ipſorum in ſæculum, & ſæcula ſæculorum; Epicuræi, Hæretici, &c. iſtud non dixit de Excidiis, ſed de reliquis peccatis, propter quæ, cùm leviora ſint, peccator recipit pœnam in gehenna, tempore certo & definito; & tamen eſt ei pars in ſæculo venturo. *Epicuræi*, quorum meminit, illi ſunt qui exſcinduntur & pereunt, ſive ſint ex illis triginta ſex Excidiis, ſive non ſint ex illis: quia illi propter gravitatem peccati ſunt certò perituri: Sed Excidium Animæ juxta Majemonidem, eſt privatio ejus ſimpliciter; conſtat autem in privatione non dari gradus. Ideo vocavit Excidium nomine Mortis & Perditionis ad inſtar beſtiarum. Quod in Commentario ſeu Explicatione Miſchnâjoth ſcripſit, *quòd Reum excidii maneat adhuc pœna poſt mortem*; vult dicere, Pœnam ejus non eſſe in hoc ſæculo, ſed poſt mortem. Et quia in loco illo non explicavit qualitatem pœnæ illius, dixit; *Sicuti explicabimus in capite ſequenti.* Ibi verò clarè & diſertè ſcripſit, quod *Excidium ſit Ultio maxima, perdens animam, ut non viva & ſuperſtes maneat.* Quibus verbis attende, quomodo ſententiam ſuam exponat; quòd nimirum Kereth ſeu *Excidium*, ſit Privatio Remanentiæ & Subſiſtentiæ. Idcirco dixi, mentem Majemonidis eſſe, quòd Excidium Animæ, cujus Lex mentionem facit, nihil aliud ſit, quam Separatio à Vita mundi venturi: Verùm de Blaſphemante, propter gravitatem peccati ipſius, ſuperaddidiſſe Legem præter Excidium animale generale, & æquale in omnibus Excidiis, quòd talis etiam Exſcindendus ſit per abbreviationem dierum vitæ ſuæ in mundo hoc: Et hac de cauſa ſcripſiſſe Sapientes noſtros de illa phraſi הכרת תכרת *Exſcindendo exſcindetur*; quod prius intelligendum ſit de Excidio in mundo hoc; alterum de Excidio in mundo venturo.

Verùm hæc ſententia quoque ſua habet dubia.

Nam *primò* ſi rectam rationem cõſulamus, ſequitur hinc, quòd omnia Excidia ſint æqualia, quoad animam; & proinde, æquales erunt, Comedens vel tantillum adipis, aut Sanguinis; &, Qui rem habet cum muliere, Lege prohibitâ; quia propter vehementiam concupiſcentiæ ejus, anima ipſius morietur & privabitur, ſicut Anima Idololatræ, & Blaſphemantis Nomen Dei, vel Molecho offerentis de ſemine ſuo, quod abſurdum valdè eſt.

Deinde

2011 Ministerio de Cultura

Deinde contrariatur Majemonidi, quod Sapientes noſtri ſcripſerunt; *Excidium eſſe uſque ad quinquageſimum annum*; cùm ipſe dicat, quod Excidium generale ſit Animæ tantùm, nullaq; ratione pertineat ad Corpus, niſi quod dicat, id quod Rabbini noſtri dixerunt de Anno quinquageſimo, dictum ab illis eſſe de Excidio Blaſphemantis tantùm, quod eſt generale tam animæ, quàm corporis, quod verò eſt à veritate alienum.

Tertiò, Si omne Excidium complectitur Pœnam animæ, adeò ut hujus rei causâ Lex dixerit; *Et exſcindetur anima illa: Et exſcindentur animæ illæ*; ſi, inquam, res ita habet, quare Levit. cap. 17. ubi agitur de Offerente & Mactante extra, tantùm uſurpatur vocabulum *Viri* tam in peccato, quàm in pœnâ: ut, *Sanguis imputabitur viro illi*: Item, *Et exſcindetur vir ille*, Levit. 17. 4. 9. In prohibitione autem Sanguinis occurrit ubique vocabulum *Animæ*; ut, *Et dabo faciem meam in animam quæ comederit ſanguinem: Omnis anima ex vobis non comedet ſanguinem: Omnis anima quæ comederit diſcerptum*, Levit. 17. v. 10. 12. 15. Hæc omnia cùm ſine dubio non fortuitò & per accidens ita ſint dicta; non videtur hæc ſententia eſſe recta.

והדעת הו׳

שראיתי נזה הוא להרמ״ן בפירושו לפרש׳ אחרי מות והחזיק בו בספר תורת האדם אשר חנך בשער הגמול ממנו: וענינו שאין הכרת בכל החייבי כריתות שוה אבל הוא בג׳ מינים כי יש ממנו כרת נשמה בלבד והוא למי שזכיותיו מרובים מעונותיו אף על פי שיש בהם מחייבי כריתות העונש מניע לו לגופו בלבד והוא מת בחצי ימיו כמו שאמרו חלל מת בן חמשים שנה זו מיתת כרת ולאחר שמת כיון שרובו זכיות אינו יורד לגיהנם אבל זוכה למעלה הראויה לו בגן עדן ועל זה נאמר בתורה ונכרת האיש ההוא שמיחס הכרת לגוף בעולם הזה ולא לנפש: ויש מין אחד מהכרת שהוא נפשיי כלו בלבד והוא למי שעונותיו מרובים וענשו הוא נפשיי שיכרת מחיי נע״ב בעולם הנשמות: וגם מחיי העולם הבא שהם לאחר תחיית המתים ועל זה אמר ונכרתה הנפש ואבדתי את הנפש ההיא ורשעים הללו אין להם כרת בגופם שהם מאריכים ימים כמו שאמר ויש רשע מאריך ברעתו: ויש מהכרת מין ג׳ יותר קשה והוא הכולל לגוף ולנפש שיכרת גופו בעולם הזה ונפשו בעה״ב וזה ייחד לנו לעובר ע״כום וסגדף את השם שנאמר הכרת תכרת הנפש ההיא עונה בה:

הנה התבאר

2011 Ministerio de Cultura

הנה התכאר ששני הרבנים המיימוני והנחמני מסכימי׳ אם בענין הכרת הנפשיי
שיהיה ענינו העדר הנפש והפסדה לגמרי ויסכימו בכרת הכולל בעכו״ם
והמגדף שהוא לגוף ולנפש ולבד יתחלפו בכרת הגופני שקבל אותו הרב
הנחמני ולא יקבלהו הרב המיימוני : והדעת הזה מהרמ״בן עדין יקשו בו
דברים : הא׳ שיתחייב מסנו שלא יהיה הפרש אצלו בין המין הראשון מהכרת
שהוא לדעתו גופני אל המיתה בידי שמים ביון ששניהם לענין הגוף ולא נוכל
לומר שהם ענין אחד כמו שהוכחתי מדבריהם ז״ל : ושנית יקשה לרב הנחמני
מה שא״ל שהכרת הוא לחמשים שנה כי הנם לדעתו המין הב׳ מהכריתות
שהוא הנפשיי בלבד אין ענינו לחמשים שנה וחוצרך מפני זה מאמרם ז״ל
שיובן במין הראשון ובמין הנ׳ מהכריתות לא כולל להם : ואינו כן כי הם
לא נתנו דבריהם לשיעורים : הנ׳ יקשה לו גם כן כי פעם יראה מדבריו שהוא
יכנם בדעת הזה מפי הכתובים שראינו שמיחסים פעם הכרת אל האיש ופעם
אל הנפש : ופעם יראה שיכנס בו מדרך הסברא במי שזכיותיו מרובי׳
מעונותיו : או שעונותיו מרובים מזכיותיו : ונראה לי ששתי ההוראות בלתי
צודקות לדעתו : אם עדות הפסוקים לפי שמצינו בנותן מזרעו למולך שנאמר
עליו ועל כל העריות יחד ונכרתו הנפשות : ובפרשת קדושים נאמר בענין
המולך : ואני אתן את פני באיש ההוא והכרתי אותו מקרב עמו האם נאמר
שיהיה עונש המולך לגוף בלבד בעולם הזה : מפני שאמר באיש ההוא במי
שרובו זכיות ומעוט עונות ושאחרי מותו יזכה לחיי העולם הבא : אף שכבר
מצאנו שנאמ׳ עליו ועל כל העריות יחד ונכרתו הנפשו׳ והתחייב מזה שהעונש
המיוחס לגוף והמיוחס לנפש אחד הוא : ואמנם מדרך הסברא שעשה הרב
הגדל ממי שרובו זכיות או רובו עונות אינה טענה מיוחדת לכל הכריתות :
כי בכל הפעולות אשר יעשה אותם האדם אם היו רובם זכיות ומעוטם
עונות קבלו חז״ל שנפרע׳ ממנו ממעוט עונות שעשה בעולם הזה כדי לתת
לו שכרו משלם לעולם הבא : ואם היו רובם עונות ומעוטם זכיות יפרעו
כמו עשב בעולם הזה ויציצו כל פועלי און להשמדם עדי עד לעולם הבא :
ובמה יבדלו אכ״ הכריתות משאר העבירות כלם שענשם בידי שמים : ואין
הקדוש ברוך הוא מקפח שכר כל בריה ובריה : סוף דבר שגם הדעת הזה
מהרמ״בן יתחייבו לו ספקות והרחקות רבות :

Sexta Sententia est Rabbi Mosis Nachmanidis in Commentario suo in Legem, Sectione אחרי מות, quam etiam repetiit & confirmavit in libro quem inscripsit תורת האדם, in illa ejus parte, quam vocat שער הגמול *Portam Retributionis*. Huc

2011 Ministerio de Cultura

verò redit ejus ſententia; Excidium non eſſe in omnibus Excidiis æquale, ſed tres eſſe ejus ſpecies; *Primò* eſſe Excidium Corporeis æquale, ſed tres eſſe ejus ſpecies; *Primò* eſſe Excidium Corporale tantùm, ejus videlicet, cujus Merita ſeu bona opera plura ſunt, quàm ejus Iniquitates; adeoq; eſſe inter reos Excidii cujus pœna pertingat ad corpus tantùm; ut ille qui moritur in medio dierum ſuorum, ſicuti Sapientes noſtri dixerunt, *Si quis anno quinquageſimo moriatur, ea eſt mors Excidii:* Poſteaquam autem mortuus eſt, cùm plura habeat bona opera, non deſcendit in gehennam, ſed dignus ſit gradu ipſi conveniente in horto Edenis. Et de hoc dicitur in Lege; *Et exſcindetur Vir ille*; quæ verba attribuit Corpori in mundo hoc, non verò Animæ. *Secundò* dicit eſſe Excidium Animale merũ & tantùm; Ejus videlicet cujus Iniquitates ſunt plures, ejus, inquit, pœnam eſſe Animalem tantùm, Exciſionem nimirum à Vita horti Edenis in mundo Animarum, & à Vita Mundi futuri poſt mortuorum reſurrectionem. De hac dici vult; *Et exſcindetur Anima illa: Et perdam animam illam:* His impiis nullum eſſe Excidium in corpore ipſorum; eò quòd prolongent dies, ſicut dicitur; *Eſt impius prolongans dies in malitia ſua*, Eccleſ. 7.16. *Tertiò* eſſe Excidium adhuc gravius, quoad Corpus & Animam, quo Corpus quidem exſcindatur in hac vita; Anima autem in vita futura: Hoc Excidium aſsignari duntaxat Idololatræ, & Blaſphemanti Nomen Dei, ſicut dicitur; *Exſcindendo exſcindetur anima illa, iniquitas ejus in ea eſt.*

Ex quibus vides, quòd duo iſti Sapientes, Majemonides & Nachmanides, conſentiant tùm in Excidio Animali, quod conſtit in privatione animæ, & corruptione vel deſtructione ejus totali; tùm in Excidio illo, quod dictum eſt in Idololatram & Blaſphemantem, quod eſt Corporis & Animæ.

Sed in hac quoque Nachmanidis ſententia, quædam adhuc occurrunt dubia.

Primò enim conſequitur ex ea, juxta ipſum nullam eſſe differentiam inter primam ejus Excidii ſpeciem, quam vult eſſe Corporalem, & Mortem per manus cœli; cùm utraque ſint corporis. Non poſſumus autem dicere, quòd ſint una eademque res, ſicut argui ex verbis Rabbinorum.

Secundò obſtat Nachmanidi, quod Sapientes noſtri dixerunt; *Excidium eſſe uſq; ad annum quinquageſimum.* Nam, juxta ſententiam ejus,

2011 Ministerio de Cultura

ejus, ſecunda Excidiorum ſpecies, quæ eſt Animalis tantùm, non poteſt eſſe vel referri ad annum quinquageſimum. Unde dicendum erit, dictum illud Rabbinorum intelligendum eſſe tantùm de prima & de tertia ſpecie, nec omnes comprehendere. Res autem non ita habet: verba enim illorum non ſunt ita per conjecturas explicanda.

Tertiò, dubium movet, quòd nonnunquam ex verbis ejus videatur, quaſi hauſerit hanc ſententiam ex *Scriptura*, quas videmus attribuere Excidium quandoque *Viro*, quandoq; *Animæ*: nonnunquam videtur in hanc deſcendiſſe ſententiam ex Vi *Rationis*: quòd quidam ſint, quorum bona opera ſuperant iniquitates ipſorum: alii quorum iniquitates excedunt bona ipſorum opera. Mihi verò videtur, has duas rationes non convenire cum ejus ſententia: Non *Teſtimonia* illa *Scripturæ*, quia invenimus de eo, qui de ſemine ſuo dat Molecho, & de omnibus Concubitibus illicitis, dici; *Et exſcindentur animæ illæ.* Et in ſectione קדושים dicitur in negotio Molechi; *Et ego dabo faciem meam in virum illum, & exſcindam eum è medio populi ſui*, Levit. 20. 5. An dicemus, pœnam ejus, qui liberos ſuos offert Molecho, eſſe corporalem tantùm in hoc mundo; quia ſc. dicitur; *In virum illum*; ceu de tali, cujus opera bona plura ſunt, quàm mala, & illum poſt mortem ſuam participem fore vitæ æternæ? Ut ne dicam, quòd, cùm inveniamus de illo, ut & de Congreſsibus illicitis ſimul, *Et exſcindentur animæ illæ*, Levit. 18. 29. hinc ſequeretur, Unam eandemque eſſe pœnam attributam Corpori, & Animæ. Quod ad *Rationem* Nachmanidis attinet, quâ conſtituit differentiam inter eum cujus bona opera, & eum, cujus iniquitates plures ſunt, illa ratio non competit omnibus Excidiis. Nam de omnibus actionibus, quas facit homo, ſi major earum pars fuerint bonæ, minor verò malæ, tradunt Rabbini noſtri, quòd pœna de eo ſumatur ſecundum partem minorem, iniquitatum ſc. quas fecit in mundo hoc, ad dandum ei mercedem perfectam in ſæculo venturo: quod ſi verò major illarum actionum pars fuerint iniquitates, & minor Bona opera, tum florebunt ſicut herba in mundo hoc, & germinabunt omnes operantes iniquitatem, ut deſolentur in æternum, in ſæculo venturo. Quod ſi autem res ita habeat, quomodo Excidia, i. e. peccata Excidii pœnam promerentia, diſcernentur à reliquis tranſgreſ-

2011 Ministerio de Cultura

ſionibus, quarum pœna eſt per Manus Cœli? Neq; Deus præcidit aut ſubtrahit mercedem ullius Creaturæ. Summa: Ex iſta quoq; Nachmanidis ſententia conſequuntur dubia & abſurda multa.

ומפני זה כלו נראה לי בדרוש הזה דעת שביעי אותו ראיתי צדיק לפני בדבר חודה : והוא שהכרת בכלל בכל הלו כריתות כולל לנוף ולנפש אם לנוף בעולם הזה שיקצרו ימי החוטא וימות קוד׳ עתו שהיה ראוי לו כפי טבעו : ואם לנפש שאחרי הפרדה מן הנוף בעולם הנשמות תתרחק מזיו השכינ׳ ומקבול השפע העליון לנפשות הזוכות שמה מצרור החיים ולכן נקרא העונש ההו׳ כרת שהוא הלשון הנופל ע׳ הענף הנכרת מן האילן שממנו יקבל החזנה והחיות בחיותו דבק בו בצמיחתו כן הנפש תכרת מאותו צרור החיים העליון ולא יקבל זיו השכינה שהוא העונג והשכר הנפשיי אבל אין זה לנפש העדר גמור והפסד מוחלט כי הוא עצם רוחני קיים בעצמו בלתי נפסד בטבעו : אך הכרת הוא עונש וצער גדול לנפש תקבל בו הפחות והיתר ואחרי קבול העונש תשוב לקבל העדון והעונג וכ״מש אם יכרת ועוד יחליף ויונקתו לא תחדל : ועם היות שאמרו רזל שעונש הרשעים בגיהנם שנים עשר חדש לא אמרו זה בענין הכריתות כי בהם ענשם לנפש זמן יותר ארוך מזה ואין כל הכריתות שוים בעונש הנפשיי אבל יתחלפו בהתמדת זמן העונש בין רב למעט בפי חומר החטא או קלותו ויהיה ענין הכרת לפי זה שמי שרובו זכיות ומעוטו עונות שבפי המדה האלהי׳ נפרעים ממנו ממעוט עונות שעשה בעולם הזה כדי לתת לו משלם שכרו לעולם הבא הנה אם היה בכלל אותו מיעוט עונות שעשה כרת מן הכריתות אף על פי שיקבל ענשו בעולם הזה לא ינקה משתקבל נפשו עונש בעולם הבא אם מעט ואם הרבה כפי החטא : וכן אם היה רובו עונות ומעוט זכיות שבפי חמדה נותנים לו שכר זכיותיו בעולם הזה כדי ליפרע ממנו מרוב עונותיו בעולם הבא : הנה אם היה אחד מהכריתות מכלל אותם העונות שעשה התחייב עכ״פ שגם בעולם הזה יקבל עונש גשמי בקצור ימיו כי זו היא חמר׳ הכרת עם כל שאר הכריתות ׳ שלא יהיה נדון כפי כללות׳ אלא כפי פרטיותם או תוכרת בין בעונש העולם הזה בין בעונש העולם הבא : ובזה לפי דעתי מעדו רגלי חכמת הרב דגחמני שלא הבדיל בין הכרת לשאר העבירות בענין המדה הואת הנוכרת : הנה אם כן כל כרת בין שיחסו הכתו׳ לאיש החוטא או לנפש להיותה סכתו : הנה נדר הכרת ורשומו הוא הפסק וקצור החיים בעולם הזה והפסק העונג הנפשיי לעולם הבא : ולענין זה אחזל שהיה הכרת לחמשים שנה : ואמנם מה שנאמ׳

2011 Ministerio de Cultura

שנאם במנדף הכרת תכרת הנפש ההיא שדרשו חזל הכרת בעולם הזה תכרת
לעולם הבא אינו עונש מיוחד למנדף כמו שחשב הרב הנחמני אבל הוא
ביאור ענין כל כרת ונדרו : ואעידה לי בזה עדים נאמנים כי מצינו במשנת
בריש כריתו׳ מהמילה ומחמץ בפסח והמחלל קדשי ומעריות ועובדי ע״ם
והמנדף מכללם ולא שמו הבדל כלל בין כרת לכרת וזהו המוכיח שעונש
כל הכריתו׳ בזח שוה : והעד הב׳ ממה שאמרו שם אחרי זכרון חכריתות
במשנה חשנית : אלו חייבים על זדונם כרת ועל שגגתם חטאת ועל לא הודע
שלהם אשם תלוי וכמו שבשגג ובלא הורע אין הפרש בין כרת לכרת ככה
בזדון אין ראוי לום שיהיה הפרש בין כרת לכרת לענין העונש : והעד הנ׳
מהמנדף בספורי עצמו לא אמר הכתוב אלא ונכרתה הנפש ההיא כלשון
עצמו שאמר באוכל דם ובעריות ובחמץ בפסח וזהו המוכיח שענין הכרת
בכלם שוה ולכן אמרו במשנה שזדון כל הכריתות הוא הכרת נלבד :
אמנם מה שאמר עוד הכתוב כי דבר יי׳ בזה ואת מצותו הפר הכרת תכרת
הנפש ההיא עונה בדה : אינו אלא נתינת טעם למה שאמר ונכרתה הנפש
ההיא כלומר וראוי הוא שתכרת נפשו בשני העולמות לפי שדבר יי בזה
ואת מצותו הפר ולכן ראוי שיענש גופו כפי מעשיו ונפשו כפי רוע אמונותיה :
וזהו הכרת תכרת : ודרשתם זל הכרת בעולם הזה תכרת לעולם הבא
שהוא פירוש הכרת שזכר לא תנאי מיוחד בכרת המנדף : והעד הד׳ ממה
שכתוב בתוספתא כי דבר יי׳ בזה זהו הפורק עול והמפר ברית בשר והמגלה
פנים בתורה שלא כהלכה : והנה המפר ברית בשר הוא הכרת הנזכר
בברית מילה שנאמר וערל בשר אשר לא ימול את בשר ערלתו ונכרתה
הנפש ההיא מעמיה את בריתי הפר ואיך אפ״כ יוכלל בהכרת תכרת שהוא
בעולם הזה ובעולם הבא אלא שזה היה משפט כל הכריתו׳ כמו שאמרתי
וכל זה ממה שיוכיח תוכחת מגולה אמתת דעתי שכל הכריתות הם בעולם
הזה ובעולם הבא : ושמה שנזכר ביחוד במנדף הוא להיותו בנין אב לכלם :
וכבר יסופק על זה ממה שמצאנו ראינו שאונקלוס תרגם כל מקום שנאמר
ונכרתה הנפש ההיא ואישתצי אינשא וזה יורה שאין הכרת מגיע לנפש אלא
לגוף שע״כ תרגמו אינשא וגם כן במנדף תרגם הכרת תכרת הנפש ההיא
עונה בה אישתצאה אישתצי אינשא ההוא חוביה ביה והוא זר מאד : כי איך
יחשב על השלם אנקלוס שקבל מרבי אליעזר הגדול ומרבי יהושע ועל
פיהם עשה תרגומו כמו שהיה אצלם הלכה למשה מסיני שיסכל אמתת
הכרת וענינו : וכבר חשבו אנשים שעשה זה מפני ההמון שאינם מרגישים
בענין הנפש : ומה יאמרו למה שתרגם בסוף סדר אחרי מות ונכרתו
הנפשות העושות וישתצון נפשתא דעבדן ולא תרגם אינשא כתרגומו :

2011 Ministerio de Cultura

עוד תשוב תראה באותה פרשה של מעלה בחוץ שתרגם על איש איש גבר גבר וכן בכל התורה שתרגם ונכרת האיש ואישתצי אינשא ולמה לא תרגמו ואישתצי גברא אבל הנראה לי בזה כלו הוא שאנקלוס תרגם שהיה חכרת לנוף ולנפש כמו שביארתי ולכך תרגם בו תמיד אינשא שהיה כרת האנושות שהוֹ כולל לנוף ולנפש כי אין האנושות אלא חבור הנפש המשכלת עם הנוף האנושי : ומפני זה שלא נחשוב שהיה הכרת לנפש בלבד ולא לנוף לא תרגם נפשתא : וכדי שלא נחשוב שהיה הכרת לנוף לבד ולא לנפש לא תרגם בו גברא אבל תרגם אנשא שהוא כולל לנוף ולנפש : אמנם בסוף אחרי מות תרגם ונכרתו הנפשות ואישתצי נפשתא כדי לפרש הפסוק באשר הוא שם שאמר ולא תקיא אתכם הארץ בטמאכם אותה כאשר קאה את הגוי אשר לפניכם שפירושו כמו שביארתי שם אל תחשבו אתם בני ישראל בעשותכם כתועבות הגוים תקיא הארץ אתכם כאשר קאה את הגוי ויהיה עונשכם מיתה בעולם הזה בלבד לא יהיה כן כי מלבד העונש ההוא הגשמי שתקבלו כמוהם הנה עוד כל אשר יעשה מכם מכל התועבות האלה יענש עונש נפשיי והוא אמרו ונכרתו הנפשות מקרב עמם : ולפי שבא הכתוב הזה לבאר להם העונש הנפשיי הנוסף להם בבחינת הדת הוצרך אנקלוס לתרגם הפסוק ההוא על הנפשו עצמם שהוא הצריך אליו כפי מקומן : הנה ביארתי הדרוש הזה כפי אמתתן : ואני הרחכתי בו חדבור יותר בספר צדק עולמים מ"ב פ"ו אשר אני עושה :

His itaque de cauſis, videtur mihi ſupereſſe adhuc SEPTIMA in hoc negotio ſententia, eaque congrua & conveniens, hæc videlicet; Quòd Excidium in genere, in omnibus triginta ſex caſibus, commune ſit Corpori & Animæ; Corpori in mundo hoc, per decurtationem dierum Peccatoris, ut moriatur ante tempus ſuum, quo ſecundum naturam ſuam debuiſſet mori: Animæ; quòd ea, poſt ſeparationem à corpore, in mundo Animarum, elonganda ſit à Splendore Majeſtatis Divinæ, & à Receptione Influentiæ ſupernæ deſcendentis in animas juſtas illas ex faſciculo vitæ. Hac de cauſa venit hæc Pœna nomine כָּרֵת hoc eſt, *Excidii*, quod propriè competit Ramo, qui exſcinditur ab arbore, à qua accipit nutrimentum & vitam, quamdiu ei conjunctus manet: Sic Anima exſcinditur ex illo faſciculo vitæ ſuperioris, neque recipit ſplendorem Majeſtatis Divinæ, quæ eſt Voluptas & Merces Animalis. Hæc tamen non eſt Privatio animæ mera, aut

deſtructio

2011 Ministerio de Cultura

deſtructio totalis: eſt enim Subſtantia ſpiritualis, per ſe ſubſiſtens, & naturâ ſuâ incorruptibilis: Sed כרת ſive Excidium eſt Pœna & Dolor magnus Animæ, recipiens magis & minus: & poſtquam accepit pœnam, recipit etiam Oblectationem & Voluptatem, ſicut dicitur; *Eſt enim de arbore ſpes, ſi præciſa fuerit, & adhuc pullulabit, & propago ejus non deficiet*, Jobi 14. 7.

Et quamvis Rabbini noſtri dicant, pœnam impiorum in gehenna, durare duntaxat per duodecim menſes; tamen non dixerunt hoc de Excidiis: quia Excidiorum pœna animalis durat longiore tempore: neque omnia Excidia ſunt æqualia quoad pœnam animalem: Sed variant in durationè temporis, quoad magis & minus, pro gravitate vel levitate peccati. Ita hæc erit ratio כרת: Si quis fuerit, qui plura habeat merita ſeu bona opera, & pauciores iniquitates, juxta proprietatem Divinam ſumetur de ipſo Ultio, ſecundum pauciratem iniquitatum quas fecerit, in mundo hoc, ut detur ei perfecta merces ejus in mundo futuro. Quod ſi jam inter illas paucas iniquitates quas patravit, fuerit כרת Excidium aliquod; tum etiam ſi acceperit pœnam ſuam in mundo hoc, non evadet tamen, quin anima ejus quoque accipiat pœnam in mundo futuro, ſive magnam, ſive parvam, pro peccati ratione. Sic, Si habuerit plures iniquitates, quàm bona opera, tùm ſecundum proprietatem Divinam datur ei merces meritorum bonorum in mundo hoc, ut ultio de eo ſumatur ob multitudinem iniquitatum ejus, in mundo futuro: quod ſi autem inter illas iniquitates fuerit aliqua ſub pœna Excidii prohibita, tùm omninò etiam reus eſt, qui in hoc quoque mundo pœnam ſuſtineat corporalem, per abbreviationem dierum ſuorum. Nam hæc eſt ratio communis Excidiorum omnium, quòd non judicentur ſecundum Univerſalitatem, ſed ſecundum particularitatem eorum, aut quod excidium fiat, tùm per pœnam in mundo hoc, tum per pœnam in mundo futuro. Et in hoc, meo judicio, vacillarunt pedes Sapientiæ Rabbi Nachmanidis; quòd non diſcrevit inter Excidium, & reliquas tranſgreſſiones, reſpectu proprietatis hujus commemoratæ.

Itaque, omnis KERETH ſive Excidii, (ſive illud attribuat Scripturæ Viro, ſive Animæ, tanquam eius cauſæ) omnis, inquam, Excidii definitio & deſcriptio erit, quòd ſit Abruptio vel Abſciſsio

& De-

2011 Ministerio de Cultura

& Decurtatio Vitæ in mundo hoc, & Abſciſsio voluptatis animalis in mundo venturo. Et hoc ſenſu dixerunt Sapientes noſtri b. m. quod Kereth ſit ad annum quinquageſimum. Quod autem de Blaſphemante dicitur; *Exſcindendo exſcindetur anima illa*; quod Rabbini noſtri ita expoſuerunt, ut alterum acceperint de Exciſione in mundo hoc; alterum, de Exciſione in mundo venturo; ea non eſt Pœna ſingularis vel propria Blaſphemantis, uti quidem exiſtimavit Nachmanides, ſed eſt ratio & definitio communis omnis Excidii.

Teſtes hujus meæ ſententiæ producam fideles. Nam *primò* invenimus in Miſchna in principio Tractatus כריתות ſeu de Excidiis, quòd idem Excidium decernant, Spernenti circumciſionem, Comedenti fermentum in Paſchate; Profananti res ſanctas; Congreſsibus illicitis; Idololatræ, Blaſphemo; neque ullam differentiam conſtituant inter Kereth unum & alterum. Quod arguit, pœnam omnium Excidiorum in hoc eſſe æqualem. *Secundò*, arguo id ex eo, quod ibidem, poſt commemorata omnia Excidia, in Miſchna ſecunda dicunt; *Propter iſta tenentur propter Superbiam ſuam* (propter tranſgreſsionem ex Superbia commiſſam) *de Excidio*; *propter errorem ſuum* חטאת *de Sacrificio pro peccato*, *& quòd res ipſis non nota facta fuerit*, אשם תלוי *de Reatu ſeu Sacrificio dubio pro reatu.* Nam ſicut in caſu Erroris & Ignorantiæ, non eſt differentia inter unum Kereth & alterum: Sic nec in Caſu Superbiæ dicendum eſt eſſe differentiam inter Kereth unum & alterum, quoad pœnam. *Tertiò* idem arguo ex circumſtantiis textûs ipſius de Blaſphemante. Nam Scriptura illic duntaxat dicit; *Et exſcindetur anima illa*; non aliter, quàm dicit de Comedente ſanguinem, de Congreſsibus illicitis, de Fermentato in Paſchate. Quod iterum arguit, eandem eſſe Excidiorum omnium rationem. Ideò dicunt in Miſchnah; quòd Pœna ſuperbiæ omnium peccatorum, ſub Excidio prohibitorum, ſit Excidium tantùm. Quod verò inſuper hîc dicitur: *Quia verbum Domini ſprevit, & præceptum ejus irritum fecit, exſcindendo exſcindetur anima illa, iniquitas ejus erit in ipſa*; iſtis verbis redditur tantùm ratio ejus quod antea dixit, *Et exſcindetur anima illa*, q. d. Aequum & conveniens eſt, ut hujus anima exſcindatur in utroque mundo; eò quòd verbum Domini ſprevit, & præceptum ejus irritum fecit; Ideò decet, ut puniatur

Corpus

2011 Ministerio de Cultura

Corpus ejus ſecundum opera ſua, & Anima ejus ſecundum malitiam fidei ſuæ. Hoc ſibi vult iſta Geminatio; *Exſcindendo exſcindetur*. Quin & Allegorica illa Sapientum noſtrorum expoſitio nihil aliud eſt, quàm Expoſitio Excidii, ſeu quid ſit illud Excidium, non Conditio ſingularis Excidii Blaſphemantis. *Quartò*, confirmat hanc meam ſententiam id quod ſcriptum eſt in Toſaphta; *Quod dicitur in Lege de Blaſphemante*; Quia verbum Domini ſprevit, *intelligendum eſt de eo, qui rumpit jugum, & irritum facit fœdus carnis, quiq; revelat faciem in Legem contra ſtatuta & jura* (qui impudenter & præfractè agit contra Legem). *Iſtud autem*; Qui irritum facit fœdus carnis; intelligendum eſt de Excidio, cujus mentio fit in præcepto de Circumciſione, ſicut dicitur; *Incircumciſus autem maſculus, qui non circumciderit carnem præputii ſui, utique exſcindetur anima illa de populis ſuis, fœdus meum irritum fecit*, Geneſ. 17. 14. Quomodo verò hîc comprehenderetur iſtud ſub, *Exſcindendo exſcindetur*, quod eſt Excidium in mundo hoc, & in mundo futuro, niſi hæc eſſet communis omnium Excidiorum ratio, ſicut dixi? Hæc omnia apertè arguunt veritatem ſententiæ meæ, quòd omnia Excidia ſint intelligenda de pœna tam hujus, quàm futuræ vitæ. Quòd verò iſtud in peccato Blaſphemantis duntaxat ſingulariter proponitur & commemoratur; ideò factum, quia hîc eſt principalis locus, ex quo cæterorum ſimilium locorum ſenſus & explicatio petenda.

Hüic verò repugnare videtur, quòd Onkelos in omni loco, ubi dicitur; *Et exſcindetur anima illa*; tranſtulerit; *Et exſcindetur Homo ille*. Hoc enim docet, Excidium, ex ejus mente, pertinere tantùm ad corpus, non etiam ad animam: ideò enim tranſtulit, *Homo ille*. Et ſic de blaſphemante, ubi Scriptura dicit; *Exſcindendo exſcindetur anima illa*, ipſe transfert; *Exſcindendo exſcindetur Homo ille, iniquitas ejus in eo erit*.

Sed hoc eſt valdè alienum. Nam quomodo cogitare poſſemus de doctiſsimo Onkelo, (qui ſuam doctrinam accepit à R. Eleaſare magno, & à R. Jehoſua, quiq; ſecundum præſcriptum eorum fecit Targum ſuum, ſicuti nimirum tum apud ipſos fuit traditio Moſis de monte Sinai) quòd ignoraverit veritatem Excidii, ejusq; rationem? Quidam putant, illum hoc feciſſe propter vulgus, qui non ſentiunt vel intelligunt conditionem Animæ.

2011 Ministerio de Cultura

Et quid dicent ad id, quod transfert in fine sectionis אחרי מות, *Et exscindentur animæ facientes hoc*; non verò; *Viri*, uti aliâs solet. Iterum videbis, quòd Levit. cap. 17. transferat, איש איש itidem per גבר גבר *Vir*, & in tota Lege, ubi occurrit; *Et exscindetur Vir*, transfert ואשתיצי אנשא *Et exscindetur homo*; Quare non transtulit per גברא *Vir*? Mihi itaque videtur, quòd Onkelos ideò sic transtulerit, quòd existimarit Excidium referri tàm ad Corpus, quàm ad Animam, sicuti exposui. Ideò scilicet semper usus est vocabulo אינשא *Hominis*, quòd sit Excisio Humanitatis, quę complectitur Corpus & Animam (Humanitas enim est Conjunctio Animæ rationalis cum corpore humano): Et ne existimemus, Excidium esse Animæ tantùm, non etiam corporis, ideò non usurpavit in suo Targum hîc vocabulum Animæ: Ne item existimemus, esse Corporis tantùm, non etiam Animæ, ideò non usus est vocabulo גברא *Viri*, sed אנשא Hominis, quod comprehendit Corpus & Animam. At in fine sectionis אחרי מות transtulit; *Et exscindetur Anima illa*, ut explicet, quomodo versus ille isthic sit intelligendus, in quo dicitur; *Et non evomet vos terra, quòd contaminaveritis eam, quemadmodum evomuit gentem, quæ ante vos*; Levit. 18. 28. cujus expositio est, sicuti illic scripsi; *Ne cogitetis vos, ô filii Israel, si feceritis secundum abominationes gentium illarum, quòd vos evomitura sit terra illa, sicuti evomuit gentem illam, & quòd pœna vestra futura sit tantùm per Mortem in hac vita: nequaquam enim ita erit: sed præter pœnam illam corporalem, quam accipietis sicut illi, singuli, qui secundum abominationes illarum peccaverint, punientur insuper pœnâ animali, juxta id quod dicitur*; Et exscindentur animæ illæ è medio populi sui. Quia itaque Scriptura hæc explicat Pœnam animalem, quæ ratione Legis ipsis ulteriùs infligetur, ideò necesse habuit Onkelos explicare versum illum de animabus ipsis, pro ratione loci illius.

Et sic explicavi tibi, Lector, Quæstionem hanc juxta veritatem suam: Latiùs verò ista declaravi in libro צדק עולמים, par. 2. cap. 6. quem facio.

Hactenus Abarbenel, qui ut in singulis de Excidio sententiis dubia invenit, ita ejus quoq; sententia non pauciores fortè habet scrupulos. Hæc tamen ex eo, hoc loco, & hac occasione, producere volui, ut Hæbræorum hac de re expositiones videantur. Christianorum nonnulli de Excommunicationis

2011 Ministerio de Cultura

nicationis seu Relegationis pœna accipiunt : cui sententiæ phrases quædam non malè videntur favere; veluti, cùm dicitur ; Exscindetur ex Israele: è medio populi sui: è cœtu Israëlis: è medio congregationis, *& similes. In ea verò quosdam hoc dubios reddit, quòd nusquam dicatur in persona secunda*; Et exscindes, *vel*, Et exscindetis; *sed ubique vel in tertia persona*, Et exscindetur vir ille, anima illa; *vel in primâ*; Et exscindam eum, vel eam, *ut Levit.* 17. 10. *&* 20. 3. 6. *ubi Deus sibi ipsi hanc pœnam vindicare & reservare videtur. Apud Hebræos etiam nulla hujus expositionis vestigia reperio. Sed non est præsentis nostri otii,* ἀκριβῶν *aut* διάκειον *hujus rei nunc instituere. Lector ipse judicet, & has expositiones omnes probet, conferat, atque eam, quæ ipsi magis consentanea videbitur, retineat, vel etiam aliquid aliud ex Scripturarum collatione quærat, hisq; quæ nunc dedimus, benevolè utatur, & studiis nostris faveat.*

FINIS.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

JX.
DE.
PON

2011 Ministeri